Regimen sanitatis cum ex-
positiõe magistri Arnal
di de villanoua

Vnguentũ ad molificandũ nervos

℞ butiri recentis sine sale ℥ vj adipis galline anatis et anseris ana ℥ i · medulle cruris vituli medie etatis ℥ ß dialtee olei laurini ℥ ß ana ℥ ½ · olei violati ℥ ß cere nove quantum sufficit misse et fiat vnguentum in forma parum liquide et calide

Incipit regimen sanitatis salernitanum excellentissimum pro conseruatione sanitatis totius humani generis perutilissimuz: necnon a magistro Arnaldo de Villa noua Cathellano omnium medicorum viuentium gemma vtiliter: ac s̃m omnium antiquoꝝ medicorum doctrinam veraciter expositum: nouiter correctum ac emendatuz per egregissimos ac medicine artis peritissimos doctores Montispessulani regentes. Anno. M.cccc.lxxx. predicto loco actu moram trahentes.

Angloꝝ regi scripsit scola tota salerni
Si vis icolumẽ. si vis te reddere sanũ
Curas tolle graues irasci cred̃ ꝓphanũ
Parce mero cẽato paꝝ. ñ sit tibi vanũ
Surgere post epulas. somnum fuge meridianũ
Non mictum retine. nec cõprime fortiter anuz.
Hec bene si serues. tu longo tempore viues.

Iste libellus est editus a doctoribus salerniẽsibus i quo inscribũtur multa ⁊ diuersa pro ꝯseruatiõe sanitatis humane. Et editus ẽ iste liber ad vsum regis anglie. Et in textu lecto auctor ponit octo documenta generalia pro ꝯseruatiõe sanitatis: de quibus postea spetialiter p ordinem determinabitur. Primuz ergo documentum est ꝙ homo: sanus volens viuere: debet ab eo remouere graues curas. Nam cure exsiccant corpora: ex quo tristificant spiritus vitales: modo spiritus tristes exsiccant ossa. Et sub isto documento etiam comprehendi debent tristitie que similiter corpora exsiccant ⁊ infrigidant: maciem ⁊ extenuationem inducunt: cor stringunt: ⁊ spiritũ obtenebrant: ingenium ebetant ⁊ rationem impediunt: iudiciuz obscurant ⁊ memoriã obtundunt. Veruntamẽ aliqui pingues ⁊ carnosi sunt spiritus adeo nobiles ⁊ callidos habentes ꝙ eis interdum bonum est tristari: vt spiritus calor ebetetur: ⁊ corpus aliqualiter maceretur.

Secunduz documentũ est non irasci. Primo quia ira similiter corpora exsiccat: cum ipsa summe singula mẽbra supercalefaciat. Nimia autem calefactio siccitatem inducit: teste Auic. i. doc. iii. c. i. Secundo quia ira ꝑ feruorem cordis omnes actus rationis ꝯfundit. Aduertendum tamen est ꝙ quidam frigidi sunt ⁊ maleficiati: quibus interdũ irasci prodest in regimine sanitatis: vt in eis calor excitetur. Tertiuz est parce vti potu vini: nimia enim repletio vini somnolentiã pigritiã debi

litatem membrorum. debilitatem stomachi ⁊ multa alia his similia in ducit. de quibus posterius magis patebit. Quartum est. paruz cenare. quia nimia nocturna repletio dolorem in ventre inducit ac inquietudinem insomneitatez ⁊ angustiam ꝑut manifesta pz experientia . ⁊ inferius magis declarabitur. Quintum ē. surgere post cibum sumptū. quod facit ad digestionem. propterea ꝙ cibum sumptum facit descendere ad fundum stomachi in quo viget virtus digestiua. Sextum est. nō dormire post prandiū. cuius documenta postea tanguntur in textu ibi. Febris pigricies. Septimum est. nō diu retinere vrinam. Ex nimia enim vrine rentētione aliquando sequitur difficultas mingendi aut omnino prohibitio a mictu. vt testatur Aui. xix. in trac. ii. c. de difficultate vrine. Similiter ex nimia retentione fecali plura proueniunt nocumenta. Indurantur enim feces in intestinis pp continuā suctionem venaꝝ meseraicarum cum intestinis cōtinuatarum oēm humiditatem a fecibus sugentium. ⁊ sic remanent sicce. Difficilis exitus intestina opilans. ad quā opilationem propter ventositatem. eductionis prohibitionem ⁊ aliarum secum aceruationem sequuntur nocumenta in textu posterius posita. ibi Spasmus ⁊c. Octauum est. non fortiter comprimere anum. ex hoc enī sequitur tenasmon siue exitus longaonis. Ulterius subdit autor ꝙ oīa ista debite conseruans longo tempore sanus viuere poterit.

Si tibi deficiant medici: medici tibi fiant.
Hec tria. mens leta. requies. moderata dieta.

Autor in hoc passu tangit tria remedia generalia pro conseruatione sanitatis nature humane ⁊ precipue ipsorum nobilium. Primū est ꝙ animus hominis debet esse letus ⁊ gaudens. cū leticia siue gaudium etatem floridam facit hominem in iuuentute conseruat. virtutez cōfortat. vitā prolōgat. ingenium acuit. ⁊ ad singulos actus hominez abiliorem reddit. Et debet istud gaudium in regimine sanitatis cōueniēs eē tpatum ⁊ nō excessiuum. quia excessiuum sincopim ⁊ mortem inducit. ⁊ maxie gaudiū competit his qui multū curāt ⁊ solicitudibus destruuntur. Et pōt in ipsis de nouo acquiri per vsum cibi ⁊ vini delectabiliū ⁊ dimissiōe eoꝝ q̄ tristitiā inducūt: ⁊ inhitare cū sibi dilectis ⁊ similibus quibus virtus cōfortatur. teste Auic. xi. i. c. ō casu virtutis subito sic dicente. Et scias ꝙ virtus augmentatur cibo ⁊ vino subtili ꝯuenientibus ⁊ odoribus bonis. ex tranquillitate ⁊ gaudio ⁊ dimissione eorū que contristant ⁊ rixari faciunt. ⁊ renouatione rerum amabilium. ⁊ habitatione cū dilectis. Scdz ē tranquillitas animi. Nobiles. n. pp nimis magnas

⁊ diuersas curas quas habent plus leduntur ceteris paribus ꝙ qui mediocres sunt: Inquietatio vero mentis somnum maxime ipedit qui nobilibus summe vtilis ē: qui communiter nature sicce sunt atq₃ colerice. quibus permaxime somnus est vtilis: Tertium est moderata dieta .i. moderata sūptio cibi ⁊ potus: Nocumēta vero sup̄flui cibi ⁊ potus postea dicemus.

Lumina mane manus surgens gelida lauet aqua.
Hac illac modicū pergat. modicū q₃ sua membra
Extendat: crines pectat: dentes fricet: ista:
Confortant cerebrum: confortant cetera membra
Lote cale. sta pranse vel i. frigesce minute.

In hoc textu autor pōit. vi. documenta quibus cerebrum confortatur: ⁊ similiter singula corpis mēbra. Primum ē: postꝙ homo de mane surrexerit debet lauare oculos in aqua frigida: mundari enim debēt vt ab eis remoueātur imundicie palpebris adherentes ⁊ circa oculos existētes. ne ab ipsis oculi corrodātur. Et istud satis innuit Aui. i trac. ca. de remēoratiōe ꝯseruationis sanitatis oculi: ⁊ remēoratiōe eoꝝ q̄ nocēt ipsi. vt dicit. Ex eis āt q̄ abstergunt oculu₃ ⁊ acuūt ip̄m ē surbmergi in aqua clara ⁊ apire oculū in ea. Et idē vult trac. iiii. c. de cura debilitatis visus. dicēs. Et ingredi aquā clarā viridē ⁊ submergi in ea ⁊ apire ambos oculos i ea ꝺ₃ quātitatē qua possibile est. est ex eis q̄ seruāt sanitatē oculi ⁊ confortāt ip̄m ⁊ proprie in iuuentute. Causa aūt quare oculi magis debent lauari i aqua frigida ꝙ calida ē. q₂ vnūquodq₃ ꝯseruatur suo simili: vt dicit Aui. in. i. c. i. Et ideo vult Gali. i ter. canone illo. Calidiora calidioribus idigent adiutoriis. frigidiora frigidioribꝫ: sed sic ē. si oculi sunt frigide nature. ergo potius debent lauari aqua frigida ꝙ calida. Secundum ē: ꝙ homo d₃ lauare manus q₂ sunt instrumēta quibus mūdātur organa p̄ q̄ exeūt superfluitates cerebri. vt sunt aures. oculi. nares. Et ergo ob hoc manus debēt eē mūde. Plus tamen debent lauari in aqua frigida ꝙ in calida. quia lotio manuum in aqua calida generat uermes in ventre: ⁊ hoc specialiter dūmodo manus in aqua calida lauantur post sumptionem cibi vt innuit Aui. xvi. in trac. v. c. i. vbi agit de vermibus in ventre genitis. Et ratio est: q₂ p̄ lotionem manuum in aqua calida post sumptionem cibi trahitur calor naturalis quo cōpletur digestio i stomacho ad extra: quare imperfecta sit digestio: que potissima cā est vermium: Tertium est: ꝙ postquam homo surrexerit a somno debet paulatim incedere siue se mouere: Cuius cā est vt sup̄fluitates prime ⁊ secunde digestionum que sunt feces ⁊ vrina descendant ⁊ preparentur faciliori euacuatiōi Quar-

tum est: ꝙ postq̄ homo surrexerit a somno dꝫ extendere māus ⁊ pedes ⁊ alia mēbra. Cuius cā ē: vt trahātur vitales spiritus ad mēbra exterio ra: ⁊ p hoc subtiliātur spiritus cerebri. Quintuꝫ ē ꝙ dꝫ crines pectere. Cuius causa ē: vt appiantur pori p hoc capitis ⁊ exeāt vapores cerebri derelicti post somnū ⁊ subtilientur eius spūs. Unde vsus pectinis multuꝫ ↄfert visui ⁊ maxie sensibus prodest. Unde dicit Aui. tertia. i trac. iiii. ca. de cura debilitatis visus. Administratio pectinis sup caput iuua tiua ē ⁊ confert proprie sensibus. quare oꝫ ꝙ ministretur omni die multotiēs quoniā attrahit vapores ad supiora ⁊ mouet eos a pte oculi. Sextum est: ꝙ hō dꝫ mundare ⁊ fricare dentes. Cuius causa ē: q: imunditie s dentium ē causa fetoris anhelitus: similiter ↄ dentibus immundis spūs immundi eleuatur ad cerebrum ipsum pturbātes. Preterea: cō mixtio limositatis dentium cū ipso cibo ad stomachuꝫ missa ē cā corruptionis cibi in stomacho. Modum āt ↄseruandi sanitatē dentium ⁊ bonitatem odoris eoꝝ tangit. Aui. vii. in. c. de ↄseruatione dentiū sub hiis verbis. Et ex eo q̄ ↄseruāt sanitatem dentium ē vt colluatur os in mēse bis cū vino in quo decocta ē radix titimalli. Est. n. pueniens ad vltimū in faciendo bonum odorem: ⁊ non aduenit facienti illud dolor dentiuꝫ Ulterius autor in vltimo versu subdit aliqua precepta generalia. Primuꝫ est ꝙ hō lotus stupha vel balneo dꝫ se tenere calidum: q: tunc pori sunt aperti: ⁊ sic de facili frigus posset subintrare: ⁊ magna nocumēta corpi inferre. Aliud est ꝙ postq̄ hō sumpserit cibum dꝫ modicū stare: vt cibus pfecte descendat ad fundū stomachi inquo cōpletur digestio: deinde lente ambulet ⁊ nō fortiter: ne pp motū fortē calor trahatur ad ptes exteriores: ⁊ p hoc impediatur cibi digestio. aliud ē ꝙ hō frigidus dꝫ cauere ne subito se calefaciat: sꝫ paulatim. Mutatiōes. n. subite naturam ledunt. Omnia enim extra naturaꝫ molesta sunt. vt dicit Gali. in commento illius canonis fm multuꝫ ⁊ repente.

Sit breuis aut nullus tibi sōnus meridiāus
Febris. pigricies. capitis. dolor atꝫ catharrus
Hec tibi proueniunt ex somno meridiano.

In hoc textu tāgit autor. iiii. nocumenta que proueniunt ex somno facto post prandiuꝫ. Quorum primū est ꝙ ex somno meridiano solet sequi febris quod aliqui putant verificari de febre ꝓueniente ex oppilatiōe causam istius febris reddētes: q: tpe diei calor ⁊ spiritus mouentur ad exteriora: ⁊ sic virtus digestiua in die est debilis. Digestio enim perfecta est quando calor ⁊ spiritus ad interiora mouentur: pp quoꝝ motum calor naturalis incenditur. Et sic tempus noctis

est tempus perfectionis digestionis. Indigestio enim ꝛ cruditas humo
ruꝫ est causa oppilationis: que oppilatio est causa febris: ꝫ aui. in. iiii.
in pluribus passibus. Secundum nocumentuꝫ est pigricies: que ex ea
dem causa videtur oriri. Ex materia enim indigesta ꝛ grossa: grossi ele
uantur spiritus: qui moti ad membra corpis grauedinē corpi inducūt:
quemadmodū spūs subtiles ꝛ leues leuitatem ai ꝛ corporis inducunt.
Tertiū est dolor capitis: qui ēt ex eadeꝫ cā prouenire videtur. Ex cibo
enim indigesto in stō eleuantur grossi spūs cerebruꝫ perturbantes: qui
spiritus sunt cā discolorationis etiā faciei quando ad cutē mouentur: qꝛ
vbi est materia grossa: necesse ē quicquid ex tali materia dissoluitur esse
grossum: vt innuit Galie. in comēto illius amphorismi. Et qui crescūt
sic inquiens. Quicquid. n. de qualibet re dissoluitur: ei vnde dissolui-
tur necesse est vt assimiletur. Quartum nocumentum est catarrus: qui
similiter ex eadem causa videtur oriri. s. ex reumate. Reuma enim di-
citur ois fluxus materie de mēbro ad mēbꝝ in quacūqꝫ parte corporis
fuerit. sed secundum ꝙ ad diuersas partes corporis fluit. diuersa sorti-
ter nomina. Quando enim mouetur ad pectus siue ad membra spiri-
tualia vicꝫ ad pulmonem. dicitur catarrus: Sed quando fluit ad fau
ces siue ad colatorium palati. dicitur brancus. Et quando fluit ad na
res dicitur coriza. vt habere in istis versibus. Si fluat ad pectus dica-
tur reuma catarrus. Ad fauces brancus. ad nares dico corizaꝫ. Pre
ter tamen predictorum nocumentorum causas narratas alie posunt as
signari magis efficaces. Causa namqꝫ primi nocumenti. s. febris que a
liquando est effimera. aliquando putrida. est febris quidem effimere
retentio fuliginum in somno diurno. quarum resolutionem vigilia fa
cere consueuerat. quibus aceruatis ꝛ spiritibus admixtis in eis accen-
ditur calor extraneus causans febrem effimeram. Febris vero putri-
de putrefactio humiditatum multiplicatarū ex somno diurno ad cor ef
fumantium. Secundum uero nocumentum. s. pigritia contingit pro-
pter humiditates per somnum diurnum retentas circa musculos cor-
das ꝛ iuncturas quibus torpescunt ꝛ tarde redūtur ad solitos motus.
Tertium vero nocumētum ex simili causa oritur. s. ex humiditatibus ꝛ
vaporibus per somnum meridianum retentis. qui moti versus caput ꝛ
cerebrum. dolorem ingerunt. quartum vero nocumentum videlicet
catarrus. quo vniuersaliter omne reuma significatur cōtingit propte-
rea. qꝛ vapores ꝛ fumi qui vndiqꝫ p cutem hora vigiliarum resolui so-
lent in somno diurno ad caput tendunt. vbi inspissati recidunt interius
reumatizantes. Auicenna. autem in. i. c. sen. iii. do. ii. ca. ix. alia super

addit nocumenta somni diurni. quoꝝ primum ē generare egritudines humidas. vt guttas ⁊ paralises ex retentionibus humiditatū q̄ de die magis resolui solent. Secundū ē corruptio coloris faciei ꝑꝑ humidita tes aquosas vrine similes in sanguine multiplicatas ex somno diurno. resolui solitas tēpore vigiliaꝝ. q̄ ad faciei cutē cū sanguine expulse red dant eam tumidā ⁊ declinantē ad citrinitatem. Tertiū ē generatio sple nis .i. splentice passionis in dispositis ad eā. Cuius causa est retentio hu moris grossi melancolici in splene ex somno diurno. sicut .n. iuuant vigi lie motum ⁊ liberū transitū huius grossi humoris ꝑ cānales strictos cū calore diei vias aperiente. sic somnus impedit maxime diurnus. cū tūc insteт hora ſm plurimū transitus melācolie ꝑ cānales suos. ⁊ maxime ꝑ illum cannalem q̄ꝛ splen transit ad orificiū stomachi grā prouocatio nis appetitus ꝑ quem splenis superfluitas emundari solet. Non .n. cō uenit vt de nocte prouocet sed de die potius appetitum cibi. Quartū est relaxatio neruoꝝ seu remolitio eoꝝ. Cuius cā ē prohibitio resolutio nis humiditatum quā facere solent vigilie diurne q̄ interius retēte ner uos imbibunt. Quintū ē debilitatio appetitus. Cuius causa ē prohi bitio resolutionis q̄ ē prima causa famis: alia causa est repletio stoma chi ex fumis vaporibus ⁊ hūiditatibus remollientibus ⁊ saturantibus orificium stomachi. Sextum ē generatio apostematum. Cuius causa est. qꝛ sup̄fluitates per somnum diurnum multiplicate colliguntur sepe in aliquo membrorum. ⁊ ipsum intumescere faciunt. Et vlterius di. Aui. ꝙ due de potioribus causis ꝑꝑ quas nocet somnus diurnus sūt. pria quidē. qꝛ cito interrūpitur ꝑpea ꝙ calor diei trahit versus exterio ra calorem corporis. ⁊ econtra somnus ad interiora. Unde motus pro uenit agitatiuus. ⁊ ideo consulitur tunc dormire volentibus ꝙ i vmbra dormiant. ⁊ in tenebroso loco. scd̄a vero propterea ꝙ reddit naturā stu pidam ⁊ quasi ꝑterritam retrahentem se ab eo i quo erat scȝ a digestio ne cibi. Aduertendum tamen ē ꝙ lȝ somnus diurnus generaliter vitu petur ⁊ nocturnus ꝯmendetur. ex diurno tamen ille minus vituperatur. qui a mane ē vsqȝ ad tertiam. s. ab ortu solis vsqȝ ad tertiam post ipȝ. Iuxta illud ypocratis ꝑnosticoꝝ secūda dicētis. Somnus vt moris est ꝯueniens ⁊ naturalis vt noctem non effugiat ⁊ diem non impediat est laudabilis. contrarius vero est improbandus. minus tamen si a mane vsqȝ ad tertiam tenuerit. Qu īꝙ tamē somnus diurnus ⁊ meridianus intantum a primis medicine inuentoribus detestetur. moderno tamen tempore non omnis somnus diurnus est vituperandus. ⁊ proprie si in eo quinqȝ conditiones obseruantur vt vult bartrucius. Prima ē vt sit

consuetus: secunda ut non sit illico supra cibum: tertia vt non sit capi-te depresso: quarta vt non sit longus. quinta vt nõ fiat ab eo subito stu-pida ꝛ repentina expergefactio. sed morosa.

Quattuoꝛ ex vento veniunt invẽtre retẽto:
Spasmus: idrops: colica: vẽtigo q̃ttuoꝛ ista.

In hoc textu auctoꝛ po-nit quattuoꝛ nocumenta prouenientia ex retẽtiõe vẽtositatis i coꝛpe nostro quoꝝ primum ẽ spasmus: cuius causa ẽ: q꞉ ventositas retenta sepe capit raptũ ad iuncturas: ꝛ neruos ipsos replens. ex quoꝝ repletiõe sequitur ipsoꝝ ↄtractio q̃ vocatur spasmus. Et ab Auic. in ca. de spasmo: spas-mus sic diffinitur: Spasmus ẽ egritudo neruosa: qua mouentur lacer-ti ad principia sua ꝛ inobedientes sunt in dilatiõe eoꝝ: Et iste spasmus ẽ duplex. Nam quidã ẽ ex repletione in quo membꝝ abbreuiatur ꝛ in grossatur propter rem implentem: sicut coꝛium aut coꝛrigia cum est res implens abbreuiatur ꝛ ingrossatur. ꝛ iste spasmus fit subito: Alius est ex inanitione in quo contrahitur longitudo ꝛ latitudo ꝛ minoratur mem-brũ secũdum longum ꝛ latum: sicut in pergameno. cum apponitur igni fit contractio secundum longum ꝛ latũ ꝛ iste psalmus fit paulatim. Se-cundum nocumentum est ydropisis: que ẽ moꝛbus materialis causatus ex re frigida plurima ingrediente ꝛ inflante membra aut loca partium: in quibus regimen idest digestio ciboꝝ fit ꝛ humoꝝ: vt dicit bartrucius. Idropisis enim non generatur nisi cum sanguis non generatur vt dicit Gal. sexta particula amphoꝛismorum in commento illius. Emoꝛroi-dei sananti antiquas: Et est triplex ydropisis: scilicet yposarcha: ascites ꝛ timpanites: ꝛ de timpanite intelligitur istud secundum nocumentũ. Timpanite enim vt dicit bartrucius fit a mala complexione frigida sto-machi ꝛ epatis pꝛohibente cibum transmutare in chiluꝫ ꝛ humoꝛeꝫ be-nignum aut sanguineum: quare cõuertitur in rem ventosam q̃ dum nõ expellitur ꝑ eructuationem aut aliũde opilatione viaꝝ pꝛohibente vel virtute expulsiua: vel sequestratiua seu supfluitatũ debili existente colli-gitur inter siphac ꝛ mirach ventris ꝛ causat ydropisim: Tertium nocu-mentũ est colica q̃ est egritudo multũ doloꝛosa: facta in intestino dicto colon: qđ est vnũ de itestinis grossis: quemadmodũ yliaca est egritudo doloꝛosa facta in intestino gracili dicto ylion: ꝛ fiũt iste egritudines se-pe ex ventositate inclusa in dictis intestinis. quartũ nocumentuꝫ est ver-tigo ꝛ est egritudo cum qua videtur homini ꝙ omnia voluantur in giꝝ Cuius egritudinis cã est ventositas ad cerebꝝ mota que ꝑ eius in cere-bro motionem vertiginem facit. Et ista quattuoꝛ nocumenta cum qui-

busdam aliis pulcre cōmemorat. aui. xviii. in. c. de rebus q̄ nocent co licis dicens. Et scias q retentio ventositatis multotiens facit accidere colicam: propterea q subleuat eā ꝛ reprimit ipsam: ita vt aggregetur res vna ꝛ q facit accidere debilitatem in intestinis. Et quandoqꝫ pducit illud ad ydropisim: Et quādoqꝫ generat tenebrositatem ꝛ visus vtiginē ꝛ epilensiam. Et quandoqꝫ retinetur in iunctura: ꝛ facit accidere spasmum.

In hoc tertu autor ponit vnum documentum pro ꝯseruatiōe sanitatis

Ex magna cena. stomacho fit maxima pena
Ut sis nocte leuis. sit tibi cena breuis

dicens: q homo in cena dꝫ esse sobrius ꝛ se non multum cibo replere: q2 nimia repletio nocturna inducit impedimentum somni: tortionem ventris: inquietudinem corporis pustulas in facie: granitatem capitis i mane: ꝛ maliciam oris. Dubiū iam incidit vtꝝ maior quantitas cibi sit sumenda in prandio q̄ in cena. Pro cuius decisione aduertendum est q ſm diuersitatem corpoꝝ: maior aut minor quantitas cibi sumenda ē in prandio q̄ in cena: q2 corpora aut sunt in morbū decidentia: aut sub latitudine sanitatis. Si in morbum deciderint: aut cum humoris vicio aut sine humoris vicio. Si sine humoris vicio: sic est magis cenandum. Cuius ratio est: q2 natura in talibus solum est ciboꝝ digestioni intēta: nō autem superfluitatum maturationi: carent enim eis q si cum humoris vicio patiantur conuenientius ē prandio maiore. vnde Aui. in tertio in trac. v. c. de cura epilēsie. Ille cuius ꝯsuetudo nō tolerat vt semel reficiatur: diuidat cibum suum qui est minor refectione sua in tribus partibus: ꝛ sumat duas tertias in prandio ꝛ tertiam in cena post exercitiuꝫ subtile rōne sic persuadetur: quoniā illo tpe pro quo natura debilis iuuatur in digestiōe calore solari viuifico: ꝛ resoluuntur amplius supfluitates āplior sumendus est: hoc āt magis fit in prandio q̄ in cena: ergo ꝛc. Preterea in die calor vitalis adest solaris ꝛ locis digestiuus cum sit vite principiū: quare ad digestionē diurnalem tunc duplex opabitur calidū: nocte vero nō. Et ēt nocte natura magis est circa supfluoꝝ digestionē in talibus itenta: nō ē ergo īpedienda multa ciboꝝ exhibitiōe. Q̄uis enim calor in plerisqꝫ fortificetur in nocte spirituum retractione ꝛ somni reductione non tamen potest huiusmodi calor duo. vt alimentum ꝛ superfluitates digerere. Conuenit itaqꝫ in his cenam breuiare. Si vero huiusmodi corpora sub latitudine fuerint sanitatis: aut sunt sufficiēter sana robusta supfluitatibus sensibilibus carētia: cū oēs expellāt sua via: vt athlete: ꝛ hos expedit cena maiorare. Tū q2 natura coꝝ nocte

solum ē digestioni ciboꝝ intenta: ⁊ nō sup̄fluoꝝ maturationi: cum illis fere careant: Tum qꝛ solū robur corporis intendunt: qđ ⁊ nocte acquiritur magis cū amplior fiat sanguificatio distributio ⁊ sp̄ūuꝫ in his generatio. Si āt corpa fuerint a dicto tempamento ⁊ robore distantia: sicut sunt plurima vsqꝫ in egritudinē nunc deuenientia: talia aut exercitātur exercitatio forti ꝯtinuo ⁊ vehementi aut nō: si sic: vt sunt victum manibus querentes: melius est eis prandium super cenā maiorare. Cuius cā est: qꝛ alimentum nō solum expetitur pp nutrire: sed pp humectare membra ac irrorare ne arefiant ex forti motu: ⁊ resistatur resolutiōi caloris: ꝑpter qđ oꝫ plus cibi exhiberi in prandio: neqꝫ propter exercitiū talia corpora cessant ab eoꝝ digestiōe: cum ita sint ꝯsueti. Usus. n. ē res ꝑter naturam. Est ⁊ calor vehemens propter exercitium potens sup digestionē in eis: propter quod videmus eos ter in die cū appetitu comedere ⁊ benedigerere. Si āt nō vtantur forti ⁊ laborioso exercitio ꝯtinue sicut predicti: dupliciter illud euenit: quia aut solum quandoqꝫ vtuntur exercitio forti ⁊ laborioso ⁊ non continue: aut solum utuntur exercitio debili. cum quo stat multiplicatio superfluitatum. si vtantur exercitio plurimo forti ⁊ laborioso propter occupationes necessarias in vita ⁊ ad salutē: sicut ciuiles viri ꝙ plures circa bona fortune negociantes ad salutem interdum erercicio forti ⁊ laborioso mouentur: ⁊ diu equitātes vel itinerantes aut aliud quoddam fortius a ꝯsueto agentes exercitio: ⁊ his vtilius ē cenam super prandium amplius augere. Cuius ratio est: quia si tales prandium augerent cum non sint consueti a deo forti ⁊ laboriose exercitio agitari vt priores ipsorum: iam corrumperetur digestio: malorum humorum generatiua. Item propter motum superfluum calor horum disseminatione est debilitatus: cuius quidem vnitio que magis nocte fit ꝙ die potissima est fortitudinis ⁊ digestionis causa: quare in cena instante nocte alimentum amplius potest administrari. Item isti prius non laborioso vtebantur exercitio: ⁊ sic corpus eorum humiditatibus plenum est quibus ⁊ paruo cibo sufficienter potest resisti resolutioni ⁊ exsiccationi factis per motum in die occurrentem. si vero paucis debilibus exercitiis ⁊ paruis occupationibus in vita vtantur: precipiendum est ipsis melius prandere ꝙ cenare. Et declaratur sicut istud in corporibus nunc egrotantibus apparuit. Cum enim hi sunt debilis digestionis: ut plurimum iuuantur per calorem solis ⁊ lucem: ualde uiuificos: confortantur enim inde spiritus propter suum simile. Ipse enim est lux: aut effigiem habet lucis secundum Auicennaz. Iuuatur etiam quia superfluitates: tunc melius expelluntur poris

apertis de die q̄ de nocte. Preterea nocte non oportet eos multo ci-bo sed pauco repleri. cum natura tunc intenta est magis circa digestio-nem humorum crudorum. quos sonnus habet maxime digerere ac ad benignum reducere: Licet enim nocte digestiua fortificetur virtus nō tamen adeo q̄ valeat cibum et superfluitates digerere. Aduertendum est insuper q̄ in exhibitione cibi maioris aut minoris in prandio q̄ i ce na maxime seruandus est vsus. q2 consuetudo est res maxima in conser uatione sanitatis et egritudine curanda. secūdo regimis acutorum: quod ostenditur ex eo q̄ eius mutatio et maxime subita vehementer est lesi-ua. Unde dama. Mutare ꝯsuetudinem nociuū est et molestū: et p̄cipue senibus. Et ideo praue consuetudines abolende sunt. sed non mox. eo q̄ natura non sustinet repentinas mutationes: Et sicut pt3 q̄ vniuersa lius maiorandū ē prandium super cenam. cū plurime egritudines sūt materiales et plurima corpora lapsa. Si tamen solum semel i die come datur melius ē cibum in cena exhibere nisi oculi aut cerebrum pati-antur tunc enim melius est in prandio exhibere cum non parum egro tantis nocet oculis et cerebro. Ulterius circa textum est notandum q̄ non solum repletio nocturna siue in cena nocet stomacho. immo om-nis repletio cibi generat enim opilationes febres: putredines: aposte mata. et lepram. quia est causa in digestionis: q̄ autem omnis repletio nocitiua est stomacho declarat Auicen. xiii. in trac. i. c. de rebus quarum vsu leduntur stomachus et intestina. dicens. Ex rebus magis inimicis stomacho ē repletio. et propter illud non augetur corpus gulosi quoni am cibus eius non digeritur. quare non crescit ex eo corpus. Ille aūt qui cibo abstinet dum tamen remanet aliquid appetitus eius augetur quoniam stomachus eius bene digerit cibum. Et sic valde cauendū ē ne stomachus torqueatur et multum grauetur ex cibo ita vt anhelitus angustietur: et pulsus velocitetur et similiter repletio nauseatiua et fasti-dium inducens: multum est euitanda: et spēaliter ex malis nutrientibus Nam si fastidium sit ex grossis nutrientibus: proueniunt iuncturarū dolores et renum. et podagra et grossicies splenis et epatis, et regulari-ter egritudines flegmatice et melancolice: Et si fastidium sit ex nutrien̄ti bus subtilibus proueniant febres acute et maligne: et apostemata mul-tum acuta: igitur euitanda ē repletio nauseatiua: non igitur tātum ē co medēdū quin stō mācat aliquis locus uacuus: nec ex toto dz desideri-um sopiri: s3 retieri debēt aliq̄ reliquie appetitus: et hoc spāliter obser uādū ē i habētibus appetitum fortē: Sūt eni aliqui quorum appetitus na turaliter multū sopitus ē: et isti forte debent plus ꝯcedere q̄ appetunt.

Tu nunq̄ comedas stomachum nisi noueris ante.
Purgatum vacuūq3 cibo quem sumpseris ante
Et desiderio poteris cognoscere certo
Hec tua sunt signa subtilis in ore dieta

In hoc textu ponuntur aliqua precepta q̄ hō sane cupiens viuere necessario dz obseruare āte sumptionē cibi. Quorū primuz est q̄ hō non dz sumere cibū nisi nouerit stomachū suum esse purgatū a malis humoribus qd̄ fit per vomitum expellendo humores putridos ⁊ malos in eo existētes. q2 si sumeretur cibus predictis malis humoribus in stomacho remanentibus ex cōmixtione taliū humor̄ cū cibo cibus sumptus corrumpetur. Scdz preceptum ē. q̄ hō non dz sumere cibū de nouo nisi p̄senserit cibū sumptum in stomacho suo fore digestum ⁊ ab eo euacuatum. q2 nihil est deterius in humano corpe q̄ intromittere cibum super alium qui non est digestus. sed digeri incipit. Nam supassumptus cibus p̄oris digestionem inchoatam impedit. Et digestio prioris ante complebitur qui trāsiens ad epar per venas miseraicas ducet secum cibum superassumptū īdigestū. vnde crudi humores in corpe multiplicabuntur. Ulterius i textu ponuntur duo signa euacuatiōis stomachi a cibo preassumpto. Primum est desiderium certum. i. vera fames. Et pro intellectu istius sciēdum est q̄ duplex est fames. scilicet vera ⁊ mēdosa. Ueram gali. describit. ii. amphorismorum in cōmento illius canonis. vbi dicit. Indigētia non oportet laborare. dicens. Certa fames ē cum homo cibo indiget vnde immensus sequatur appetitus. Sed mendosa fames est cibi appetitus corpore non indigente. Et sic vt vera fames fit ex constrictione ⁊ corrugatione venarum officii stomachi procedentibus a succiōe membrorum inanitorum cibo indigentium. sic mendosa fames solet ab his fieri que stringunt ⁊ rugant orificium stomachi membris cibo non egentibus. vt ab actu frigidis stipicis aut acetosis. Et istius signi ⁊ secundi precepti precedentis commemorat Auic. in. i. doctri. secunda. ca. de eo quod comeditur sic inquiens. Oportet preterea ne aliquis comedat nisi post desiderium neq3 in hoc tardetur cum desiderium ebullierit. i. forte fuerit nisi mendosum fuerit. vt ebriorum desiderium. ⁊ habentium fastidium: quoniam tollerare famem stomachum putridis replet humoribus: Et postea eodem capitulo dicit: Et neq3 ipse neq3 omnes qui sanitatem habere volunt aliquid comedant nisi desiderium fuerit certum ⁊ stomachus ⁊ superiora intestina a primo nutriente euacuata fuerint: Quod eni in corpe existit deterius ē si nutriens sup nutriens quod non est digestuz mittetur. Secundum signum qd̄ significat super certo

desiderio siue certa fame est subtilis dieta precedens.i.pua administra tio cibi: quando eiz illam sequitur fames significatur esse certa z vera. Sciendum est insuper ꝙ in vna z eadem refectione pessimum est simul multos z diuersos ꝯiungere cibos: vt carnes z pisces vel pullos z por cum: z postea prolongare tempus in comedendo: quia primus cibus iam digeri incipit cū aduenit vltimus: z sic partes cibi dissimiles fiūt in digerēdo: sic ꝙ preassumpte prius digeste sunt ꝙ̄ postremo sumpte sue digestionis medium attigerint: vnde fit ꝙ quedam corrumpunt alias. Et istud innuit Auic.in.i.doc.ii.c.de eo quod comeditur dicens. Et nihil quidē deterius est ꝙ̄ diuersa nutrimenta simul adiungere: z post hoc in comedendo tempus prolongare: cum enim postremū nutriens aduenit primum iam incepit digeri: nutrientes ergo partes in digeren do non similantur. Scienduz est tamen ꝙ prolongatio in comedendo moderate facta fere vna hora: gratia bone mastigationis z trāsglutitio nis est laudabilis z plurimum conferens ad conseruationez sanitatis: quia perfecta cibi masticatio cum morosa transglutitione siue ingluuie est veluti media digestio: sed mala mastigatio vel digestionē cibi ipedit vel vehemēter retardat: sz prolongatio in ꝯedēdo cuz interlocutōibus z pausis duabus vel tribꝰ horis ē plurimū nociua: z sequūtur ex ea no-cumenta prenarrata.

In hoc tertiu tangū-tur decem cibi siue ali menta melancholiam generatiua aut īfirmis inimica.

Persica.poma.pira.lac.caseus.z caro salsa.
Et caro ceruina.leporina.caprina bouina.
Hec melancolica sunt infirmis inimica.

Quoꝝ primum est comestio psicoꝝ: de quibus Gali.ij.ali.c. xix.dicit ꝙ z hoꝝ succus z quod velut caro facile corruptibilis est: z oi-no quidem prauus: quare non oz: sicut quidem est post aliud alimentū offerre: corrumpūtur.n.supnatantia. Meminisse autē oz huius quod cōe in oibus: quecūqz cacochima humida lubrica z facile subire poten tia: pp hoc oz ipsa comedere priora aliis: sic.n.ipsa celeriter subeunt: z illis viā faciunt: vltimo aūt sumpta simul corrumpunt z alia. Et ita pz ꝙ istud dictū dz intelligi de persicis comestis post cibum alium: qꝛ ipsa sumpta ante cibum bona sunt stomacho ventrē lenientia atqz appetitū prouocantia. Juxta illud Auic.ii.cano.c.de psicis: dicentis. Matura sunt bona stomacho: z in eis est virtus faciendi appetitum cibi. Et sub dit Aui. Et oz quidem vt non comedantur post aliū cibū: quoniā cor-rumpuntur post eū: sz precedant ante cibū. Similiter Serapion in ag gre c.de eis: auctoritate Diascoridis ait: matura ex persicis sunt bona

stomacho et molliunt ventrem. Immatura vero stringunt et quando desiccātur stringunt fortius: et decoctio siccoꝝ quando .s. bibitur prohibet fluxū hūiditatū ad stomachū et ventrē: et quādo trita sup locū pulverizātur vnde fluit sanguis abscindent eū. Et lʒ prenarrata habeāt iuuamēta: qꝛ tamē humorē generant putrefactibilez: nocitiua sunt infirmis: et maxime quādo indebite sumuntur. Et sunt psica frigida in primo gradu et humida i ƀo. Secundū ē pira siue comestio piroꝝ. Et causa eius est qꝛ pira et generaliter oīs fructus recens non coctus replet sanguinez aquositate buliente in corpore: et sic preparant sanguinē ad putrefactionem: et p ꝯsequens nocent egris. Pira similiter vt dicit Auic. ii. cano. ca. de eis: a proprietate inducunt colicā. Ipsa tamen inter ceteros fructus multos inpinguāt: ppea porci ex ipsis piris ipinguantur plusꝙ̄ ab aliquibus aliis fructibus. Et qꝛ pira ventositatez generāt et sic inducūt colicā. Usus hʒ ꝙ pira et alii fructus ventositatē facientia cuz cariatiuis i. ventositatē expellentibus comedunt: vel possumus obuiare nocumēto ipsoꝝ supbiendo vinū vetus odoriferū: et meliora pira sunt que magis odorifera sunt et magis dulcedinē pticipantia. et ēt meliora sunt decocta ꝙ̄ cruda: et possunt decoqui cū aniso feniculo et zuccaro. Tertiū ē comestio pomoruz: de quibus dicit Auic. ii. cano. ca. i. ꝙ assiduatio comestionis eoꝝ facit euenire dolorē neruoꝝ. Et poma etiā malā habēt proprietatē in generando ventositatē in ƀa digestione: quare nocēt egris: et etiā pp similē causam illi que dicta ē de piris. Et ista dicta de piris et pomis maxime intelligenda sunt de ipsis crudis et non de ipsis coctis. Et nedum isti fructus ab infirmis sunt vitandi: imo oēs fructus iplentes sanguinē aquositate ebuliente: vt fructus recentes: quoꝝ succus in humano corpore ebulit sicut mustū: et succus fructuuz ebuliunt exterius in vase: et hoc pp calorē solis derelictuz in eis cum maturabantur. Isti eniz fructus pp ebulitionē succi eoꝝ preparant sanguinē ad putrefactionez: lʒ pro hora qua sumuntur iuuamentuz prestent humectationis. Et de hac cā auicē. febricitantibus prohibuit fructus maxime recētes in .iiii. trac. ii. c. vii. dicens Et oēs fructus nocent febricitanti cū ebulitione sua et corruptione in stomacho Quartum ē comestio lactis. Cuius cā ē: qꝛ lac de leui corrumpitur et in fumum aut acetositatē ꝯuertitur in stomacho immundo: sicut vt plurimū ē stomachus febricitantis febre putrida: et ergo febricitantibus febre putrida non conceditur. Et similiter ē malū habētibus dolorē capitis et siticulosis et pluribus aliis: de quibus loquitur ypocras. v. pticula amphorismoꝝ: āphorismo illo. Lac dare caput dolentibus malū etc. Uerꝝ est tamen ꝙ in aliquibus passionibus

conuenit sicut in ptisi ⁊ ethica ⁊ aliquibus aliis prout etiam dicit ypo-
cras amphorismo iã allegato. ⁊ etiam inferius aliquid dicetur ibi. Lac
ethicis sanum ⁊c: Et licet lac in predictis passionibus vitupetur: In sa
nis tamen laudabile est ⁊ hoc si in stomacho ⁊ epate bene digeratur. tũc
ei intestina lauat sua aquositate. ⁊ mundificat butirositate sua. humoribus
venenosis repugnat . membra humectat. caseitate sua vulnera pecto-
ris iuuat ⁊ pulmonis gutturis renuꝫ quoqꝫ intestinorum ⁊ vesice morsurã
acutorum humorũ i intestinis mitigat quia visceribus inuiscatur: ⁊ hu
morum prohibet morsum. Preterea conuenit lac corporibus tempe-
ratis. quorum stomachus mundus est a colericis ⁊ fleumaticis humori
bus In his enim lac bene digestuꝫ multuꝫ dat nutrimentum: laudabi
lem sãguinem generat carnem augmentat. totum corpus laudabiliter
humectat. exteriora pulcra facit. vt refert ysaac in dictis vniuersalibus
Et ibi etiam auctoritate Ruffi dicit ꝙ lac bibẽtes ieiunos esse oportet
⁊ bibatur calidum cũ exeat vbera. neqꝫ aliquid cõedatur quousqꝫ dige
ratur: ⁊ labor ⁊ nimius motus caueatur: Non ẽ tamen quiescendum
omnino a deambulatione sed deambulandum est suauiter quousqꝫ in
stomachi funduꝫ descendisse sentiatur. In distemperatis vero corpori
bus lac nõ conuenit. In calidis enim corporibus cito mutatur in fumo
sitatem ⁊ coleram in frigidis vero in acetositatem ⁊ putredinẽ. In sto-
macho etiã imundo lac nõ conuenit. quia in eo corrumpitur. Circa ele
ctionem aũt lactis sciendum est ꝙ magis eligendum est lac mediocre i
via nutrimenti ⁊ non subtilissimum sicut lac cameli aut etiam asininum
neqꝫ pinguissimum ⁊ grossissimum. sicut lac vaccarum ⁊ pecudũ. Eli
genduꝫ est igitur lac capre: nõ enim habet tantum aquositatis sicut lac
cameli qđ non ẽ aptum ad nutriendum ratione nimie humiditatis. sꝫ
ventris subductiuum. nec habet tantum pinguedinis ⁊ grossiciei seu ca
seitatis ⁊ vnctuositatis sicut vacarum ⁊ pecudum quod propter grossi-
ciem ⁊ vnctuositatem est venarum opilatiuum . ventositatum genera-
tiuum . ⁊ difficilioris digestionis quam sit necessarium in regimine sa-
nitatis. Eligatur igitur lac capre nõ nimis propinque partui. nec nimis
distantis a partu non pinguantis: nutrite in bonis pascuis ⁊ in tem-
pore quo reperiuntur meliora pascua. Quantũ est comestio casei ꝑt in
telligi de omni caseo maxime tamen de veteri: Cuius ratio est quia ca
seus recens est frigidus ⁊ humidus ⁊ grosse substantie ⁊ difficilis dige
stionis ⁊ opilatiuus ⁊ lapidis generatiuus ⁊ non multum competit via
cibi in regimine sanitatis: Et caseus vetus est calidus ⁊ siccus propter
sal. facit cibum digeri ⁊ difficiliter digeritur parũ nutrit ⁊ male. in sto-
macho

macho nocet: ꝛ nimis desiccat: ꝛ minus competit ꝙ recens. Et si aliquis caseus est medius inter nouum veterem ꝛ viscosum ꝛ frangibilem durum ꝛ mollem ꝛ parum declinans ad aliqualem dulcedinem: nō nimis salsus: nō lachrymosus: cum inciditur saporis delectabilis ꝛ boni odoris: cuius in stomacho mora non diuturna ex bono lacte conuenienter factus sufficienter vnctuosus: talis vtiqꝫ caseus bonus est: ꝛ inter alios magis est diligendus: ꝛ post cibum sumptus non multa quantitate: multa vero quātitate stipatus in via cibi vniuersaliter est malus. stomachum grauans ꝛ inobediens digestioni: ꝛ opilatiuus. ꝛ lapidis in renibus: ꝛ humorum grossorum in corpore ꝛ ventositatum generatiuus. Solum igitur ille caseus est bonus quem dat auara manus. Sextum ē caro salsa. Caro enim salsa siue sole siue fumo exsiccata cuiuscunqꝫ generis aut aīalis fuerint generat sanguinem grossum ꝛ melancolicū: ꝛ ꝑ consequens nocet infirmis: nec ē ꝯueniens sanis. Et istud innuit Aui. ii. in doc. ii. c. xv. in fine dicens. Et exemplum spissi pauci nutrimēti malichimi. i. mali humoris est caro salita. Septimū est caro ceruina. que similiter est sanguinem melancolicum generans. teste Rasi. in almansore. c. de animalibus siluestribus ꝛ domesticis. Octauum est caro leporina que similiter sanguinis melancolici est generatiua. Dicit eniꝫ Rasis de ea loco prealle. Ipsa enim plus aliis melancolie generatiua est Et desiccatiua etiam dicit Isaac in dietis vniuersalibus ꝙ non conuenit in via cibi: sed solum in via medicine. Et est sciendū ꝙ ista caro leporina ꝛ similiter ceruina cum peruenerint ad antiquitatem simpliciter sūt euitande. si tamen aliquo modo conueniant meliores sunt iste carnes cum partui sunt propinque vt siccitas eorum obtemperetur ab etate: ꝛ etiaꝫ sunt euitande. nisi sint pingues. naꝫ ex ea pinguedine obtemperatur siccitas. Nonum est caro caprina. Decimum ē caro bouina: quia iste carnes etiam sunt carnes melancolice. Nam Isaac in dietis vniuersalibus de eis dicit. Caro caprina ꝛ bouina sunt pessima dura. in digestiōe tarda: ꝛ digesta grossum generant sanguinem ꝛ melancolicum. Et Auicē. ii. cano. de carne caprina dicit. Caprina vero non est bona multū: ꝛ eius humor fortasse est malus valde. Et sub istis etiaꝫ intellige carnem hircinam ꝛ vaccinā que peiores sunt predictis carnibus. s. caprinis ꝛ bouinis. Naꝫ de eis dicit Aui. ii can. c. de carne. Et caro vaccina ꝛ ceruorum hircorum siluestrium ꝛ magnarū auium facit euenire febres quartanas. Et de carne vaccina adhuc dicit ꝙ caro uaccina plurimi nutrimenti est grossa melancolica generans egritudines melancolicas. Et vlterius dicit ꝙ caro vaccina genarat leprā. Et de carne hircina dicit ꝙ

ē mala absolute: Qꝛ iā textus locutus est ꝺ carnibꝰ vitādis: ⁊ maxime animaliū quadrupedū. uidendum est vlteriꝰ de carnibꝰ aīalium quadrupedum: Et qꝛ circa electionē carnium aīalium quadrupedū controuersia videtur inter auctores medicine. Quidaꝫ.n. dicunt carnes porcinas esse meliores sicut Gali. ⁊ quidam alii. Alii vero dicūt ꝙ carnes edinas esse meliores: sicut Rasis Aui. ⁊ Auer. lꝫ auerro. v. colliget im ponat auicen. ꝙ dixerit carnes porcinas esse meliores: quod tamen nō dicit auctoritate propria: sꝫ auctoritate christianorum. alii vero laudant vitulinas pre aliis. Secundū ē ꝙ electio ⁊ melioritas carnū aīaliū quadrupedū pōt multipliciter attendi. Primo mō ex parte maioris nutrimenti ⁊ irresolubilioris ⁊ carnibus humanis similioris. Et isto mō caro porcina ceteris est melior. Primo pp maximā similitudinē quā hꝫ cum carnibus humanis: teste galie. iii. alimentoꝝ vbi dicit: porcine āt carnis similitudinē ad hoīes addiscere: ē ex eo ꝙ quidā comederūt humanas carnes vt porcinas nullaꝫ suspitionē habentes ꝺm gustū ipsarū ⁊ odorē. Et Aui. ii. canon. c. de sanguine ait. Sanguis hoīs ⁊ sanguis porci sunt similes in oī re: ita vt quidā fuerunt qui vēdebant carnē hoīs ac si esset caro porci: ⁊ occultatū fuerat illud vsquequo inuenti fuerūt in ea digiti hoīs. Et istud idē sentit satis Auerro. v. colliget. c. de carne. Secundo qꝛ caro porcina valde nutritiua est. Nā dicit galie. iii. alimētorū. Oiuꝫ ediliorꝝ caro porcoꝝ ē maxime nutritiua: ⁊ huius expientiā euidentissimā habent athlete. Et postea eodeꝫ libro ait: porcoꝝ carne nullū aliud amplioris nutrimenti habebis sumere. Tertio qꝛ generat alimētum stabile fortiter resistens resolutioni. Et ista fuit mens galieni multis passibus ubi non parꝝ prefert porcinas carnes ceteris carnibus. s. in octauo de ingenio. ubi dicit. Ceteris carnibus porcina laudabilior ē si porcus montana incoluerit. post porcum edus. Et similiter in quinto teraputice. vbi dicit. Quadrupedum caro laudabilior ē porcina in calore ⁊ humiditate tēperata. cuiusqꝫ cibus plurimus ⁊ sanguis ab ea generatus omni melior ē sanguine. Et istud veritatem habet de carne porcorum non antiquorum. quia coꝝ caro indigestibilis ē. nec iuuenum siue lactentium quia caro eorum humidissima ē. sed etate mediocrium. puta unius anni uel duoꝝ tam dōesticoꝝ quam siluēstrium. Verisimiliter tamē estimādū ē ꝙ porci siluestres sūt dōesticis meliores qꝛ carnes porcoꝝ dōesticoꝝ sunt plus debito viscosiores. Et de carnibus porci siluestris siue apri di. Aui. ii. can. c. de carne. christiāi vero dixerūt ⁊ qui eos imitātur ꝙ melior caro siluestris ē caro porci siluestris. nā cū hoc ē leuior carnibus dōestici porci. ē fortis nutrimenti ⁊ plurimi.

ꝛ ē velocis digestiōis. ꝛ ē melior ꝙ eē potest in bꝛeme. Et ex isto vlterius sequitur ꝙ predicte carnes porcine multū laudabiles sūt corpibꝫ iuuenibus sanis ꝛ fortibus. laborātibus. non dispositis ad opilatōes: ꝛ his ꝗ impinguari q̄rūt qꝛ talia corpa idigent plurimo nutrimēto ꝛ difficulter resolubili. Et ergo dicit Ra. i. almā. c. d virtute carnium. Caro uero grossa multū laborantibꝫ ꝯueniens est. subtilis vero his ꝗ predictis sunt ꝯtrarīu ꝯuenit. Et idē vult aui. in. i. c. de regie eius qd̄ cōceditur dicens. Exercitati preterea ꝛ multi laboris magis sūt tollerātes nutriĉtia grossa. alio mō pōt attendi melioritas ꝛ electio carnium ex pte tpate ꝯpleriōis eaꝝ. facilis digestiōis ꝛ sanguinis ex ipsis generati tēpantiaꝫ. vt. s. illa caro dicatur melior ꝗ tempate est cōplexiōis. facilis digestiōis sanguineꝫ generās tempatuꝫ ī caliditate ꝛ frigiditate. subtilitate ꝛ grossitate. Et isto mō caro edina est melior ꝛ laudabilior ceteris. vt vult ras. aui. ꝛ auer. Nā dicit rasis in almā. c. de animalibꝫ siluestribꝫ ꝛ dōesticis Edina caro ē tēpata nullam in se habens malicie admixtionē ꝗ lꝫ tpatum generet sanguinem. laborantibus tamen non ꝯgruit. cui nulla alia caro preferenda est. Non est enim adeo debilis ut ex ea uirtus minuatur neqꝫ eius nutrimentum adeo multum est ꝛ grossum vt ex eo proueniat repletio. ꝛ grossus generetur sanguis. Sanguis quoqꝫ qui ex ea generatur inter subtilem ꝛ grossum ac inter calidum ꝛ frigidum existit. Et ista caro non conuenit multum laborantibus. sed iuuenibus tpatis exercitio mediocri vtentibus. qꝛ ista caro generat sanguinem forti exercitio vel labore faciliter resolubilem. licet non exercitio mediocri. Et sicut quo ad istam intentiōem caro edina inter carnes dōesticas. ita caro capreoli inter carnes siluestres est melior Et post istam carnem edinā plurimi medicoꝝ sicut ra. ꝛ auer. ponunt carnem arietinā. Et dicit auer. v. colliget. c. de carne. ꝙ ē h opinio maioris pˀtis medicoꝝ preter gali qui abominatur carnes arietum Et videtur sibi. quia caro vitulorum est melioris nutrimenti quam arietina: Et forsan gali. hic attendit melioritatem nutrimenti ex eo quod est plurimum nutrire. ꝛ nutrimentum dare magis irresolubile. quod magis videtur conuenire carnibus uitulinis quam arietinis. cum arietine magis humide sint. Tertio mō potest attendi melioritas ꝛ electio carnium ex parte minoris uiscositatis ꝛ melioris odoris carum. Et sic carnes uituline sunt meliores aliis carnibus. Et istud innuit auer. v. colliget. c. de carne dicens Et carnes uitulorum sunt bone carnes ideo quia non habent illam uiscositatem frigiditatem ꝛ siccitatem quam habent carnes bouine ueteres ꝛ carnes eoꝝ sunt magis odorifere aliis carnibus. Et quantum est in

hoc meliores sunt carnibus edinis: quia in carnibus edinis manifesta tur quedam muscillago.i. viscositas anteq̄ coquantur: sed carnes edi ne sunt meliores vitulinis: quia meliores generāt humores. Et ex isto pz quod non est tanta ꝯtrouersia inter auctores medicine super electione carnium quanta prima facie apparet. Notandum est insuper ꝙ carnes animalium sicce complexionis meliores sunt circa partum q̄ distantes multum a partu. ergo edi ꝛ lactentes vituli meliores sunt hircis ꝛ bobus: qꝛ siccitas prime etatis humiditate corrigitur. Sed carnes anima lium complexionis humide sunt meliores distantes a partu. ꝛ circa par tum deteriores: qꝛ sua nimia humiditas processu etatis exsiccantis.s. iu uentutis corrigitur aut tollitur ꝛ ab humiditate prime etatis crescit. Et ideo iuuenes castrati arietes.s. vnius anni sunt meliores ꝛ minus viscosi lactentibus agnis: ꝛ porci vnius anni vel duorum meliores lactē tibus porcellis. Et ergo bene dicit Aui.iii.c. de regimine eius qd comeditur. Oportet autem vt cibus supple sanitatis conseruatiuus sit tales quales sunt carnes: ꝛ proprie carnes edorum ꝛ vitulorum lactentiuz porum ꝛ agnorum animalium. Et ex istis omnibus ꝯcluditur ꝙ carnes hircoꝝ capraꝝ ꝛ arietū ꝛ boum ꝛ porcoꝝ antiquoꝝ: ꝛ specialiter nō castratoruz ꝛ porcelloꝝ lactentium ꝛ agnoꝝ lactentiū nō sunt multuz cōuenientes in regimine sanitatis sed carnes vitulorum iuuenum ꝛ arietum animalium ꝛ porcorum duorum annoꝝ uel vnius etiam castroruz sufficienter conuenientes sunt esui in regimine sanitatis. Et ē diligenter notandum ꝙ carnes declinantes ad siccitatem debent elixari: ꝛ declinantes ad humiditatem: debent assari: vt earum humiditas temperetur: ꝛ ideo carnes cunicolorum ꝛ leporum ceruoꝝ vitulorum ꝛ capreoloꝝ debent elixari. ꝛ carnes porcellorum ꝛ castratorum arietum assari: elixatio enim obtemperat siccitatem. Et ex hoc pz ꝙ in tpibus ꝛ complexionibus humidis magis competunt carnes declinantes ad siccitatem vt assentur. In temporibus siccis ꝛ complexiōe ꝛ etate siccis magis competunt carnes declinantes ad humiditatem.

In hoc textu ponuntur tria alimenta q̄ i modica quātitate multū nutriunt. Quoꝝ primum ē

> Oua recentia. vina rubentia. pinguia iura.
> Cum simila pura nature sunt valitura.

oua recētia: qꝛ sūt de his q̄ in modica q̄titate multum nutriūt. vt inuit Aui.ii.cano.c. de ouis. Et idē vult.iii.in.c. primo vbi dicit. nutriēs vero pue quātitatis ꝛ multi nutrimēti sūt oua ꝛ galloꝝ testiculi. Et illud idē in multis aliis locis repetit. Circa electōz ouoꝝ sciēdū ē oua ꝙ gal-

cuationis: ut uult gali. in com. illius can. iii. parti. regiminis acutorum. Sciendum etiam rc. Et ergo nocet corporibus indigentibus euacuatione per urinam r omnibus membris superioribus: ut ibidem etiam dicit gali. Uerum est tamen q uinum stipticum conueniens est infirmitatibus accidentibus in intestinis: ut ibidem dicit gali. r etiam superius dictum est remouetur tamen stipticitas a uino p multam cōmixtionem aque: ut ibidem etiam uult gali. quintum ē q uinum debet esse limphatum: quia per hoc remittitur uinum a sua fumositate: r sic minus inebriat. Et istud est uerum de uino subtili. Uinum tamē grossum si limphetur citius inebriat: quia per hoc subtiliatur r magis fumosum efficitur. Et de isto uino intellexit aui. quando di. i. c. de regimie aque r uini q uinum limphatum citius inebriat q̄ uinum purum. Sextum est q uinum debet esse saliens cum propinatur. r est de conditionibus boni uini prius dictis septimum est sumptum ex conditione bibentis r non uini r est q uinum debet temperate sumi. quia temperate sumptum acuit ingenium. r inducit iuuamenta prius narrata. Ex predictis omnibus concludi pōt q uinum eligibilius r melius in sanitatis regimine ē uinū medium seu equale inter uetustatem r nouitatem: r est clarum ad rubedinem trahēs bonum habens odorē r equalis saporis quod nec acre. nec acutum. nec dulce sit. quod non fumosum nec grossum nec ualde subtile. sed ad suptilitatem declinans: quod etiam inter fortitudinem r debilitatē obtinet mediocritatem. quod etiam non creuit in saxosis r lapidosis montibus. nec in terra simpliciter plana r arabili sed in terra montuosa uersus meridiem discooperta. r in regione non nimis calida nec nimis frigida. Et ista partim colliguntur ex Auicen. in primo loco preallega. Circa regimen uini quo ad etates notande sunt tres regule q̄s ponit Aui. in primo loco prealle. prima ē quod dare uinum pueris in potu est sicut ignē addere igni in lignis debilibus: eo q pueri uehemēter rari sunt. r de facili inflāmabiles propter abundantiā sui caloris innati r sunt debilium neruorum: r debilis cerebri: quare ledit eos multipliciter vinum r inflammatione facili. r percussione cerebri r neruorum sua penetratione facilima r fumatione copiosa. Cum igitur pueris uinum in potu datur calor eius inflammabilis calori pueri inflammabili additur in corpore pueri. quod est pauce resistentie. sicut debile lignum uel arūdo sicca vel stipula arida āte faciē ignis. secūda regula ē q seni sp p̄t dari vinū in potu quātū tollerare pōt sine nocumēto. scz q̄tum appetit appetitu naturali r regulato. Sicut ei veteres ocree aride r rugate

renouantur oleo: leniuntur ꝛ applanantur: sic corda senuȝ potu vini electi: sicut vini beluacensis. Senes. n. frigidi sunt ꝛ a vino calefiant: ꝛ habent spūm tristē ꝛ abundant in melancoliis: sȝ vinū exhilarat eos ꝛ melancolias reprimit. cōiter male dormiūt. vinū vero prouocat in eis somnuȝ. Ad opilatōes proni sunt: quas vinum apit. eas prohibet: Et sic sicut vinum est pueris ꝯtrariissimū. ita senibus vtilissimū. Tertiū ē vinū tpate dandum est iuuenibus. tpate quidē ſm mensurā q̄titatiuā ꝛ decētem limphationē. Lȝ. n. iuuenes sint calidi sicut pueri. tamē habēt mēbra solidiora. neruos ꝛ cerebꝝ fortes quibus potenter resistunt nocumētis potus vini. Cōseq̄nter ēt dicit ex potu vini sobrie sūpti iuuamēta plurima: vicȝ eductōȝ colere. corpale robur. ꝛ igēii acumē. abūdātiā spūuȝ subtilium ꝛ paruorum.

In isto texto ponuntur quinqȝ circa electōeȝ ceruisie. Quoꝝ primuȝ est ꝙ dȝ

Non sit acetosa ceruisia sed bene clara.
De validis cocta granis satis ac veterata.

eligi ceruisia nō acetosa: qꝛ acetosa nocet stōacho. Acetū. n. noceȝ neruis ſm Aui. in pluribus passibus. Jā stōachus est mēbꝝ valde neruosum. ꝛ hoc quo ad eius orificium. Secunduȝ est ꝙ ceruisia debet eē clara: qꝛ turbida opilat atqȝ calculos nocet nimiū. impinguat ac inflatiōem inducit: atqȝ breuitatem anhelitus: ꝛ est multoꝝ fleumatū generatiua. Tertium est ꝙ dȝ eligi ceruisia de bonis granis nō corruptis. s. de optio ordeo. tritico. siue auena: qꝛ quanto grana sunt meliora melior ex eis generatur humor. quartum est ꝙ ceruisia debet esse bona cocta: qꝛ melius digeritur ꝛ amicabilius a natura recipitur: ꝛ nocumenta q̄ proueniunt ex bibitione eius melius tolerantur. Ceruisia. n. nō bene cocta ventositates in ventre inducit tortōȝ inflationem atqȝ colicā. Quintū est ꝙ ceruisia dȝ esse antiqua ꝛ a fecibus mundata nō nimium recens. Recēs. n. ceruisia inducit eadē nocumenta q̄ ceruisia nō bene cocta: ꝛ cum hoc de se facilime iducit strāguiriā.

Hic ponitur vnuȝ documentuȝ circa vsuȝ ceruisie.

De q̄ potetur stōachus nō inde grauetur.

ꝛ est ꝙ vtens ceruisia dȝ ea vti tpate sic ꝙ nō grauetur stōachus vel iducatur ebrietas. Ebrietas. n. q̄ ex ceruisia prouenit deterior est ea q̄ ex vino est ꝛ magis durans cum de ceruisia fumi ꝛ vapores eleuati ad caput sunt grossi: quare minus resolubiles sunt q̄ꝫ qui ex vino eleuantur. Et est hoc sciendum ꝙ in principio prandii vel cene ceteris paribus vtilius est incipere suum potum a ceruisia quā a vino. Cuius causa est: qꝛ in principio mense corpus est famelicum: ꝛ sic stōachus ante principium sum-

ptionis cibi famelicus erat: ꝛ sic trarit supfluitates a membris. Si ergo vinum in principio mense daretur ex quo natura maxime trahit uinuz: qꝛ de se maxime nutritiuum ille superfluitates. s. a stõacho tracte simul cum vino ad partes corpis traherentur: sed natura nõ ita auide trahit ceruisiam. Similiter ceruisia lauat hũores adherentes orificio stõachi. Et pp illam causam medici ꝯsulunt ꝙ in maxima fame debeat ꝑus prouocari uomitus ꝗ̃ cibus sumatur ut ille supfluitates a stomacho famelico tracte euacuentur ne cõmisceantur cum chilo. similiter timens sitiz ex nimia potatõe uini dꝫ bibere ceruisiã. Ipa. n. siti mẽdosaz reprimit.

Tpibus ueris. modicũ prandere iuberis.
Sz calor estatis dapibus nocet imoderatis
Autũni fructus. caueas ne sint tibi luctus
De mensa sume. quantuz uis tpe brume

In hoc passu determinatur de quantitate cibi sumẽdi sꝫ diuersitatẽ tpoꝝ quattuor anni. q̃ sunt. ver. estas. autũnus. ꝛ hyems. ꝛ dicit textus prio ꝙ tpe ueris debemus modicum prandere. i. paucum sumere cibum. Et idẽ uult aui. ii. c. doc. ii. c. vi. de regie tpoꝝ cum rectificatiõe aeris. Et rõ huius est ut ibidẽ ẽt uult aui. qꝛ tpe hyemis pp gelositatem. exercitii prauitatez. ꝛ resolutionis prohibitionem multiplicantur humores crudi ꝛ maxime fleumatici qui pp proportionabilitatem tpis tunc maxime generãtur: ꝛ isti in interioribus corpis coadunantur pp frigus circunstans. Uer autẽ superueniens istos humores crudos in interioribus coadunatos eliquat ꝛ facit eos currere p totum corpus. quare natura tunc multum occupatur circa digestionem eorum. si ergo tempore veris daretur magna quantitas cibi natura a digestione talium humoꝝ fleumaticoꝝ ipediretur ꝛ diuerteretur: qꝛ p istos humores ꝛ magnam quantitatem ciboꝝ nimium grauaretur: ꝛ sic tales humores in corpore manerent indigesti ꝛ currentes ad aliquod membrum illic egritudinem inducerent. Et ergo sumopere cauere debemus a magna quantitate ciborum in uere: quia diminutio ciboꝝ tali tempore est vnum de maxime preseruantibus ab egritudinibus ueris. ut uult auicenna in. i. loco preallega. Et istud quod dictum est maxime veritatem habet de medio ꝛ fine ueris ꝛ non de initio eius: quia initium eius hyemi assimilatur. quare tunc homo potest nutriri sicut in hyeme. Et istud etiam intelligendum est quando uer inuenit corpus repletum humoribus fleumaticis crudis. si enim uer inueniat corpus temperatum in humoribus: cibus in eo dandus est secunduz mensuram caloris innati ꝛ resolutionem que fit a corpore: qꝛ tunc ablata ẽ causa. quare diminueretur cibus: Et istud voluit ypo. i. ampho. dũ

dixit: Uētres hyeme ꝛ vere calidissimi sunt natura ꝛ somni lōgissimi. In his igitur tpibus oblatōes plures dande sunt: etenim inatus calor est multus: nutrimento igitur indiget ampliori. Secūdo dicit ꝙ nimia sumptio cibi nocet in estate. Cuius cā est: qꝛ tunc tpis digestiua virtus ē debilis cum spūs ꝛ calor innatus qui sunt instrumētū virtutū multū sūt debiles ꝛ paꝝ resoluti pp calorem extrinsecum vehementem trahentē eos ad exteriora: ꝛ ergo multus cibus non posset digeri: Et circa istud sciendum est ꝙ pp vehementiam resolutionis humiditatum tam substantialium ꝙ̄ nutrimentalium corporis in estiuo tpe grossior ꝛ maior cibus exhibendus eēt si virtus sufficeret ad digerendum talem ꝛ tantum sed qꝛ nō sufficit vna vice multum digerere cibum paꝝ sepe ꝛ sepe de eo dandum est: iuxta illud Gal. i. amphorismoꝝ cōmento illius cano. Et quibus semel aut bis. dicentis. In estate cibus multotiens erit dādus ꝛ paꝝ. multotiens: qꝛ indiget pp sepissimam dissolutionem. paꝝ pp virtutis defectionem. Et lꝫ in estate paꝝ de cibo sit dandum. multum tamen de potu pōt dari cuꝫ tunc resolutio maxima fiat ꝛ desiccatio corpis ꝛ eleuatio caloris sup humidum ꝛ plus sitiat homo ꝙ̄ alio tpe. Ueꝝ est tamē ꝙ̄ potus vini ꝛ precipue vinosi puri minuendus est: qꝛ tale vinum est faciliter inflammabile ꝛ calorem tam acutum estu violento excandescere facit: ꝛ ergo si bibatur vinum miscenda est multa aqua: ꝛ dimittatur vinū vetus ꝛ forte. Tertio dicit ꝙ in autūno debemus cauere a fructibus saltem illius tpis vt vuis psicis: ficubus ꝛ similibus: vel saltem non multum de eis comedere qꝛ tales fructus generant sanguinem dispositum ad putrefactionem pp ebullitionem quam in corpe ꝛ humoribus faciunt: ꝛ maxime si fuerint in stomacho immundo vel in cacochimico corpe recepti quale corpus in autūno sepius occurrit. Et sic male tunc accidunt egritudines: scꝫ variole morbili ꝛ pestilentes. Pro maiori tamen noticia regis cibi ꝛ potus tempore autūni sciendū est ꝙ tpe autumni dꝫ euitari fames sitis ꝛ repletio multi cibi in vna hora: vt vult Ra. in alman. c. de regimine corporis secundum tempora. Uinum preterea quod bibitur tempore autūni vehementer est limphanduꝫ ut corpus humectet ꝛ calorem reprimat: sed non superflue dꝫ limphari in tā tum quantum in estate: neqꝫ superflue debet tunc bibi: qꝛ tunc natura debilitata non sufficeret ipsum regere ꝛ digerere ꝛ nimis limphatuꝫ calorem obtunderet ꝛ multiplicaret ventositates quibus colica generari posset. Quarto dicit ꝙ tempore hyemali debemus sumere cibum tantum quantum volumus: idest plus quā ceteris temporibus. Et idem

vult Auicen. in primo loco preallega. et gali. in cōmen. illius ampho. i. pti. amphorismorum. Et quibus semel aut bis. vbi dicit. In hyeme multus cibus et paulatim est dandus. Et ratio huius est: quia calor nostri corporis in hyeme est fortissimus. tum quia vnitus: tum quia fortificatus per antiphariftesim: idest iuxta positionem sui contrarii: viꝫ frigiditatis aeris nostra corpora circundantis. Et istud verum est in corporibus robustis et carnosis: et non in raris et debilibus: quia in talibus corporibus frigus intensum hyemis non confortat calorem: sed magis debilitat. Et istud innuit ypo. i. amphorismorum dicens. Uentres hyeme et uere calidissimi sunt natura: et somni longissimi. In his ergo tēporibus oblationes plures dande sunt: qꝛ calor est multus. nutrimento igitur ampliori indiget: Ex isto etiam sequitur ꝙ nutrimenta grossiora et durioris digestionis conueniunt hyeme ꝙ̄ aliis temporibus: qꝛ calor est fortior. Uinum autem quo vtendum est hoc tempore debet eē roseum non album cum aqua pauca. Notandum hic ꝙ licet consideratione habita ad fortitudinem caloris et digestiue virtutis in hyeme grossiores et densiores cibi conueniant: quia tamen corpora tunc disposita sunt ad opilationes et repletiones ex fleumate plurimo: nec ab eis resolutio multa fit a continente: tutius est vti tunc mediocribus cibis inter solidum et rarum: grossum et subtile sicut carnibus edi uituli et mutonis luciis pciis et cancris: et utentibus grossioribus cibis ut boue porco ceruo conchis ostreis carpis et similibus expedit unica comestione in die contineantur uel utantur sepe rebus diureticis et aperitiuis ut petrosilino nasturcio apio et similibus et forti utantur exercitio.

Saluia cum ruta faciunt tibi pocula tuta
Adde rose florē minuit potenter amorē

In hoc passu ponuntur duo remedia corrigentia potum malum: quorum primum est saluia cuius folia imposita potui corrigunt maliciam potus sua proprietate: et etiam in se habent uirtutem confortandi neruos et cerebrum quibus confortatis melius resistunt malis fumis recipiendis qui ꝓueniunt ex malo potu. Secundum est ruta cuius etiaꝫ folia integra absqꝫ eoruꝫ alia contritione debent potui imponi. quia sua caliditate et proprietate corrigunt malitiam potus. Et de ruta qn̄o ualet contra uenenū prius dictū est ibi. Allea nux ruta. Postea subdit textus qđ istis duobus ꝑdictis pōt addi flos rose. Et hoc maxie dꝫ intelligi de rosa rubea q̄

sua aromaticitate existente in eius superficie ⁊ similiter sua stipticitate corrigit maliciā potus

In hoc textu ponitur vnū remedium contra nauseaȝ siue vomitum proueniēs ex

Nausea nō poterit: quēꝙ vexare marina
Antea cum vino mixtam si sumpserit illā

transfretantibus non consuetis dicens: ꝙ ille qui debet transfretari anteꝙ nauem intret debet aliquibus diebus miscere aquā marinam suo vino. Et istud est remediuȝ pro diuitibus ꝙ si pauper fuerit dȝ potare aquam marinam vt facilius nauseam euitet. Et causa huius: qꝛ aqua maris salsedinem habet ⁊ sic sua salsedine ⁊ stipticitate que consequitur salsedinem orificium claudit: ⁊ per hoc vomitus impeditur. Et circa istud est notandum ꝙ sicut vult aui.iii.in.c.de regimine iter agentis in mari: viator in mari non dȝ multum conari retinere vel compescere a principio nauseam vel uomitum: sed dimittatur uomitus ipsius continuari donec per ipsum fuerit bene purgatus: hoc enim preseruat a multis egritudinibus: ⁊ nedum preseruat: immo etiam curat vel alleuiat graues ⁊ magnas egritudines ut lepram ydropisim appoplexiam ⁊ [fri giditatem stomachi ⁊ eius in flationem prout uult aui.iii.in doc.ii.c.ii. si tamen uomitus uiatoris in mari superfluxerit sic ꝙ uehementer debilitet ipsum restringendus est comestione fructuum stipticorum ⁊ acetosorum sicut sunt citonia maciana acetosa. Uel poma de capenduto ⁊ mala granata acetosa quibus orificium stomachi confortatum depellit humores inferius. Et stomachus etiam confortatus ab his humores repellit effluentes ad eum exagitatione ab undis. Uel potest semē apii torrefactum bibi cum uino uel absinthium potest comedi aut bibi. Et similiter panis assatus ⁊ in fusus in uino bene redolente comestus ualȝ ad idem. Et uniuersaliter ualȝ nutritio uiatoris in mari ex cibis acetosis confortantibus os stomachi: ⁊ prohibētibus uapores ⁊ fumos ascendere ad caput: sicut sunt lentes cocte in aceto uel in succo uue acerbe.

In hoc textu pōitur modus faciendi salsamentum cōe si in mensa deficiant sal samēta spēalia. Et pro il-

Saluia sal uinū: piper: allea petrosilinū
Ex his fit salsa nisi sit commixtio salse

lo ponūtur quiqȝ ex q̄bus pōt fieri salsamētū ꝑmū ē saluia: qua fit ꝯdimētum i assatiōe auce siue decoctiōe: uniuersaliter enim auce assate siue porcelli saluia implentur vt hūiditates supfl.ue siue uiscositates extrahātur: ⁊ odor saluie aucis vel porcellis immaneat. Post assationem tamē saluia eiici debet ⁊ non comedi. Similiter ex saluia fit cōdimētū come-

stibile a rusticis vel cõibus in comestione auce: terunt ei alleũ cum vi-
no ⁊ saluia ad auferendũ aliquid saporis allii. Scđm est sulcum ⁊ est
salsamentum diuitum siue nobilium. Ipsi enim deficiente sinapio uel
veriuto ponũt in salserio vinũ cui modicũ salis admiscent. Tertium est
piper: ⁊ ẽ salsamentum rusticorum: ɔmiscent enim piper cuȝ fabis ⁊ pi
sis. Similiter etiam ex pane asso ceruisia vel vino ⁊ cũ pipere fit salsa-
mentum nigrum ad modũ pultis qđ piper dicitur: ⁊ hoc supeffundũt
carnibus aut piscibus. Quartũ ẽ alleum ex quo etiã fit salsamentũ ru-
sticoꝝ miscẽt enim cum molli caseo ⁊ lacte terendo alleum: ⁊ sic come-
dunt cum cibo siue asso siue elixo siue salso siue dulci ⁊ cum ouis duris.
Quintum est petrosilinum ex cuius foliis ɔtusis est veriuto vel albo vi
no fit viridis salsa cũ assis comestis. Et circa istud est notandum ꝙ sal-
samenta siue salse diuersificãtur primo ſm tpa. Tpibus enim calidis
declinant salse ad frigus vel paucã caliditatẽ. tpibus vero frigidis e cõ
uerso. Materia igitur salsaꝝ in estate sit veriutum uel agresta de sum
mitatibus vitis vel acetum: succus limonũ vel citranguloꝝ granatoꝝ
cum zuccara ⁊ aqua rosarũ. Et interdum in salsis que fiunt in estate p̃t
addi aliquantulum serpilli ⁊ petrosilini ad obtemperandum frigidita-
tem predictorum. Materia uero salsarum ɔpetentium tẽporibus fri-
gidis sunt sinapium: eruca zinziber. piper cinamonium: gareofili allea
saluia: menta: serpillum: ⁊ petrosilinũ vinum aqua carnium acetũ non
forte: sed ꝓpinquum nature vini ⁊ in tẽporibus mediocribus sunt me-
diocris caliditatis ⁊ frigiditatis. Secundo diuersificantur ratione ciba
rioꝝ pro quibus fiunt: nã alia ⁊ alia cibaria indigent aliis ⁊ aliis salsis si
cut sciunt dominorum coci: mutonum enim ⁊ similiter vitulorũ caprio
loꝝ salsa ɔueniẽs ẽ salsa viridis. In estate quidẽ ex aceto ⁊ agresta cuȝ
paucis spẽbus ⁊ sine alleis cũ petrosilino zinzibere albo ⁊ a gresta ⁊ pa
ne asso infuso in aceto vel a gresta: in hyeme fit eadẽ salsa cũ pluribus
spẽbus ⁊ pauco alleo ⁊ optio vino ⁊ pauca agresta: vel p̃t sufficere sina-
pium ⁊ eruca. salsa ãt pro carnibus bouinis elixis est pip bullitum qđ
fit ex pipere ⁊ pane asso ⁊ aqua carniũ ⁊ pauca agresta. ⁊ ista eadẽ salsa ẽ
satis ɔueniẽs carnibus porcinis in hyeme. Possunt ẽt carnes porci-
ne: comedi in estate cũ acceto ⁊ petrosilino i principio refectionis. Si
ãt p̃dicte carnes pastillãtur: ⁊ spẽaliter bouine ⁊ porcine: i hyeme qui-
dẽ aponatur cepe albũ cũ puluere speꝝ dulci in pua q̃titate: i estate ve
ro sine cepis ⁊ cũ ueriuto vel possunt apponi cepe pue ⁊ in pauca quãti-
tate. si autem pastillatura sit ex carnibus subtilioribus non apponatur
cepe: sed in estate lac amigdalarum cum veriuto ⁊ pauco puluere speꝝ

dulcium: ꝛ in fine potest apponi ouum conquassatum cum agresta: sed in hyeme loco agreste ponitur vinū ꝛ plus de speciebus. Assature'āt cuniculoꝝ ꝛ pullorum iuuenum ꝯueniens est salsa in qua est cinamomuz ꝛ mica panis cum agresta quidem in estate ꝛ cum vino in hyeme. Assature autem porci salsa conueniens est liquor descendens conquassatus cum optimo vino ꝛ cepis in hyeme ꝛ in estate viridis salsa supius nominata. Assature autem fasianorum ꝛ columbarum ꝛ turturum nulla alia salsa indigent nisi sale. Caponum autem ꝛ gallinarum elixatorium cōueniens salsa est aqua de coctionis eorum cum aliquātulo pulueris specierum dulcium: ꝛ precipue si in predicta decoctiōe addatur saluia. ysopus. petrosilinum. ꝛ hoc in hyeme. ꝛ in estate sufficit sola aqua cum aliquantulo sicci summitatum vitis. Sed pro salsa caponum ꝛ gallinaruz pinguium pastillandorum nihil penitus est apponendum nisi aliquantulum pulueris specierum ꝛ in fine agresta supradicta in estate. optimū vinuz in hyeme. Pisces vero quanto sunt grossioris carnis ꝛ difficilioris digestionis ꝛ maioris superfluitatis ꝛ humidioris nature: tanto indigent salsis calidioribus ꝛ acutioribus: ꝛ hoc etiam verum est in carnibus.

Si fore vis sanus ablue sepe manus
Lotio post mēsaz tibi ꝯfert munera bina
Mūdificat palmas ꝛ lumina reddit acuta

In hoc textu ponuntur due cōmoditates prouenientes ex lotione manuum post cibum sumptuz. Prima est: quia per hoc palme manus mundantur. Secunda est: quia reddit lumina acuta. i. prodest oculis ꝛ hoc maxime per accidens: quia manus sunt instrumenta mundandi oculos: quare multum confert eas esse mundas. Et de istis cōmoditatibus dictum est etiam prius ibi. Lumina mane manus.

Panis nō calidus nec sit nimis inueteratus
Sz fermentatus oculatus sit bene coctus
Modice salitus frugibus validis sit electus
Nō cōedas crustā colerā q: gignit adustā
Panis salsatus fermētatus bene coctus
Purus sit sanus. q̄ nō ita sit tibi vanus

In hoc textu ponuntur duo vitanda circa electionem panis. Primum ē caliditas. Non enim debet panis comedi calidus. panis enim calidus est humane nature nociuus Iuxta illud Auicen. ii. can. c. de pane. dicentis. Non comedatur calidus sicut est. panis enim calidus nō est apud naturam receptabilis ꝛ acceptio eius qui est de furno ꝛ reliquorum sibi similium est mala. Et ratio est: quia talis panis multum opi-

lat. Et postea iterum dicit Auicen. panis calidus sitim facit sua calidi-tate et natat propter suam humiditatem vaporosam: et est velocis dige-stionis et tarde descensionis. Et quamuis iste panis calidus non conueniat in regimine sanitatis quo ad esum odor tamen panis calidi multum confert resuscitat enim sincopizantem: et possibile est aliquos homines viuere ex odore panis calidi. Secundum est quod non debemus comedere panem diu pistum siue muscidum: quia talis panis non est conueniens pro nutrimento nature humane: exsiccat enim corpus ac humores melancolicos generat: et ex isto relinquitur quod panis non debet esse calidus nec vetustate induratus: sed priori die coctus. postea in textu ponuntur quinque conditiones panis electi. quarum prima est quod panis debet esse fermentatus bene. Et istud vult Galie. i. alimen. c. ii. dicens. Optimi autem panum pro digestione sunt qui maxime fermentati et qui assationem habuerunt a commensurato igne in clibano. Et iterum eo. ca. dicit qui vero penitus infermentatus est: nulli vtilis est. Et secundum aui. ii. can. c. de pane. panis habens parum fermenti plurimi est nutrimenti: sed eius nutrimentum opilat nisi illos qui sunt plurimi exercitii. Secunda est quod panis debet esse oculatus. i. porosus: et per hoc denotatur quod viscositas eius est ablata. Verum est tamen quod iste panis secundum aui. loco prealle. velocis est penetrationis et minoris nutrimenti et deterioris: sicut est panis opirus qui est plurimi furfuris. Tertia est quod panis debet esse bene coctus: quia panis male coctus male digestionis est: et stomacho grauedinem affert. Et auicen. ii. cano. loco prealle. dicit. Et ille qui non bene decoquitur est plurimi nutrimenti. sed etiam nutrimentum opilat nisi illos qui sunt plurimi exercitii. Et panis de patella est huius generis: eius namque pars interior raro decoquitur bene. quarta est quod panis debet esse temperate salitus. Nimium enim dulcis opilat et nimium salsus exsiccat. moderate tamen salsus optimum nutrimentum prebet dum tamen cetere conditiones assint. quinta est: quod sit factus ex optimis granis. videlicet ex optimo tritico et sana messe collecto. Deinde subdit textus quod nos debemus cauere ab esu cruste panis: quia illa generat coleram adustam siue humorem melancolicum: ex quo. n. ipsa adusta et sicca et humor ab ea genitus adustus erit et siccus: et propterea nobiles qui natura colerici sunt deponere faciunt superiorem crustam panis ac inferiorem quos imitantur prelati et deliciosi. Eligatur igitur mica panis que est melioris maioris et velocioris nutrimenti quam crusta. Verum est tamen quod aliquando conueit sanis habentibus stomachum humidum et volentibus dema cerari et in fine comestionis plus appetit. Iuuat. n. cibi descensum et confortat orificium stomachi. postea in duobus vltimis versibus innuitur quod panis

bonus dz habere istas quinqz ꝯditiones. s. ꝙ sit salitus fermentatus: bene coctus: purus. i. de mundis granis ꝛ sanus. i. de granis sana messe collectis. Et istas ꝯditiones ꝑtim innuit Aui. loco preal. dicens. Oz vt sit panis mundus salitus massam habens ꝯfectam fermentatus coctus bene ꝛ vna nocte permanens. Et circa istud est sciendum ꝙ si queratur nutritio maior ꝛ prior mundificetur panis a furfure: ꝛ si velimus ventris subductiōꝫ aliqualē dimittamus aliquā ptē furfuris: furfur enī parum nutrit ꝛ ventrem subducit ꝛ farina econuerso.

In hoc textu ꝯparat autor carnez porcinam carni ouine dicens ꝙ caro porcina sine vino minus sana est ouina: tamen si caro porcina sumatur cum vino ipsa est optimum nutrimētum ꝛ medicinam prebens qꝛ multum humectat: ꝛ hoc intelligendu*z* est maxime de porcellis assis siue de apris optime preparatis. Et circa istud est sciendum ꝙ carnes porcine quibus rustici ꝛ cōmunes vtuntur quando vic*z* sunt salse vel sole vel fumo exsiccate nullo mō saniores sunt carnibus ouinis ceteris paribus siue cum vino siue sine vino sumātur. Sed istud dictum veritatē hz de carnibus porcelloꝝ assatoꝝ vel de carnibus aprinis mō ꝑdicto.

Est caro porcina. sine vino peior ouina.
Si tribuis vina. tunc est cibus medicina.

In hoc textu ꝯparantur omasa porcoruz omasis reliquorum brutoꝝ: ꝛ dicit textus ꝙ omasa porcoꝝ. i. intestina preualent quo ad esum intestinis alioꝝ brutoꝝ. Cuius ratio potest esse ista: qꝛ pauca intestina comedimus nisi illa que replentur sanguine vel que animaliuz multum sunt pinguium cuiusmodi sunt porci. Nam solus sanguis porci propter suam cōplexionem ꝛ similitudinem ꝯplexionis cum natura humana est sanguis quo omasa siue intestina implentur. Et similiter porci facilius impinguantur ꝙ̄ aliquod aliorum brutorum: ideo magis sumimus intestina porci ꝙ̄ aliorum brutorum.

Ilia porcoꝝ bōa sunt. mala sūt reliquoꝝ

Hic ponuntur quiqz nocumenta ꝓuenientia ex potatione noui vini vel musti Primum est ꝙ mustū impedit vrinam ꝛ hoc potest intelligi dupliciter. Primo qꝛ mustum grossum propter suam grossitudinem ex fece admixta opilat ipsum epar siue ipsos renes sic ꝙ vrina de facili non potest habere suum cursum. Secūdo impedit vrinam quo ad debitum modo sicut facit mustum renense

Impedit vrinam mustū soluit cito ventrē
Epatis emfraxi. splēis generat lapidēqz

aliquod ꝛ quedam alia vina subtilia: similiter est q aliquod mustuz renense cuius feces sunt mordicantes ꝛ dum ipsum venit in vesicam ille ptes terrestres nitrose mordicant vesicam ꝛ cogunt vrinare sine ordine debito ꝛ modo consueto. Secundum est ꝙ soluit ventrem. Et ratio ē q abstergit viscera nitrositate siue salsedine sue fecis: ꝛ st mulat ea ad expulsionem. primo pp mordicationem fecis: secundo pp multitudinē ventositatis quam inducit tale vinum siue mustum. tertio lubricando cito inferius p viaz indigestibilitatis ꝛ grauaminis stomachi: quare stomachus se relaxat ꝛ portas narum compressas aperit. Tertium est ꝙ mustum nocet bone complexioni epatis: q opilat ipsum propter immixtionem plurimam sue fecis ꝛ perducit ad dissenteriam epaticaz pp inflationez eius qua debilitat epar. Et istud vult Aui. iii. in. c. de regie aque ꝛ vini. Et sic etiam inducit cathecíam siue malam dispositionem coloris ꝛ malas inducit egritudines epatis. s. diuersas ꝛ species ydropisis. Quartum est: ꝙ mustum nocet spleni ꝛ dispositioni eius pp candem causaz que dicta est de epate: q opilat splenē: ꝛ sic inducit duriciē eius. Quintum est: ꝙ mustum generat lapidem ꝛ maxime illuz qui in renibus est: qui rubeus est: de facili frangibilis cā opilationis quaz facit ꝛ grossitudine sue substantie. Et istud verum est de musto vinorum multum dulcium non habentes feces nitrosas ꝛ mordicantes. Mustum eniz habens feces nitrosas ꝛ mordicantes magis impedit lapidē. q multum facit vrinare sicut mustum aliquod renense facit apparere arenulas in vrina siue grauelaz: q facit multū vrinare. Multa. n. vrina sua lotiōe abstergit arenulas adherentes que cuz ea expelluntur.

Potus aq̄ sumptus fit edenti valde nociuus.
Infrigidat stōachūqz cibū nititur fore cruduz.

Hic ponūtur duo nocumenta prouenientia ex potu aq̄ ꝛ hoc quo ad edentez. Primū est ꝙ potus aque nocet stomacho edentis. Cuius ratio est: q ipsum infrigidat ꝛ relaxat ꝛ maxime deiicit appetitum cibi. Secunduz est ꝙ potus aque cum sumitur cibus impedit digestionem cum cibum sumptū incrudet. Et istud vult Aui. in. i. c. de regimine eius quod comeditur. dicens. Neqz post ipsum. s. cibum multa bibenda est aqua que inter ipsum scilicet cibum ꝛ corpus stomachi sepationem faciat. ꝛ ipsum natare faciat. Et. c. de regimine aque ꝛ vini dicit. Et cum natura indigerendo nutriens studeat sacietate aque iam precedente sufficienter. i. si precesserit sacietas aque sufficiens ad bonam cibi permixtionem: aqua vehementer est impediens supple digestionem incboatam. Et idem

uult Aui.ii.can.trac.i.c.iiii.dicens: Est etiã vitandus potus aque in mẽ sa nisi ratione adherentie et tarditatis descensus bucelle. Non est eniz sumenda aqua cum cibo. Et Auer.in cõ.ait. Cã quidez huius est quo niam cum sumitur aqua sup cibum priusq̄ stomachus calefacerit ipm infrigidat et incrudat. Est etiam cã quare supnatet cibus sumptus in sto macho: quare etiam non adhereat et vniatur eidem q̄ cterat ipsum si cut exigitur. Actio nãq3 stomachi sup sumptum cibũ fit cterendo et co quendo simul. Unde sicut cuz infunditur simul et in magna quantitate aqua in olla pp quod tardatur cibi decoctio in eadem: sic etiam ctingit idem ipsi stomacho. Et istud maxime verificatur de potu multe aque. Modica.n. quantitas aq̃ frigide sugendo sumpta põt ccedi ante descẽ sum cibi vt per eam cpleatur cibi descensus ad inferiora: et hoc si sitis infestauerit. et bibere coegerit. Nam modica quantitas aque frigide p̃ dicto modo sumpta stomachum alleuiat et colligit. alleuiat quidem a si ti. alleuiat etiam cooperando ad descensum cibi. Colligit autez sua fri giditate coadunãs ptes stõachi. Et istud colligitur ab aui. locis p̃alle. Notandum q̄ q̃uis in sitis extinctione aqua sit cuenientior potus quã vinum tamen omnibus csideratis vinum est potus cuenientior in re gimine sanitatis quam aqua. nam dato q̄ in sitis repressione que est ap petitus frigidi et humidi: aqua vniuersaliter melior sit: q2 frigida et hu mida: naturaliter tamen in cibi pmixtione et eiusdez delatione siue mis sione ad partes corporis extremas vinum preualet aqua. nam vinum ratione sue subtilitatis in substantia et actione subtilius pmiscetur: et spe cialiter quia natura magis in eo delectatur: ideo citius atrahit ipsum et aliis cibis permiscet: et specialiter quia hec mixtio fit per viam cuiusdaz ebulitionis: quam vinum magis iuuat ratione virtualis caliditatis: et aqua impedit ratione frigiditatis. Et sic patet q̄ vinum preualet aque in ciborum permixtione. Et similiter preualet in eorundem delatiõe. nam vinum est optimus penetrator: quod ei debetur ratione subtilita tis sue substantie: et ratione caliditatis virtualis: subtilia enim et calida multum sunt penetratiua: et per consequens vinum est magis delatiuũ quam aqua: in aqua nihil est virtualiter calidum nec substantie aereita tis: nec igneitatis. vnde aque mora transeundo impedit omnem cur sum. amplius aqua ex alio non est potus ita conueniens sicut vinuz: q2 aqua impedit alimentum nutrire eo q̄ non nutrit: quare illud vtiq3 mi nus nutrit. vnde q̃to cibus est magis aquaticus tanto est minus nutriti uus. bonum est igitur q̄ vinum pmisceatur cum cibo qđ solum non im pedit nutritionem immo multum iuuat: q2 vinuz est maxime nutritiuũ

et maxime restauratiuum et velocissime nutrit. vt prius dictum est. notandum insuper quod non solum nociuus est potus aque edenti siue sumenti cibum imo in pluribus aliis casibus nociuus est. quos narrat Aui. in .i.c. de regimine aque et vini. Primo enim inconueniens est in homine ieiuno. tunc enim bibere penetrat aqua bibita nullo retinaculo impedita vsque ad intima membrorum principalium mortificans suum calorem innatum. Et istud est verum de homine vere ieiuno. Ebrio .n. quandoque proficit neque leditur ipse si ieiunus bibat aquam. quia ieiunus ebrius non est omnino ieiunus nec est in stomacho vacuus: sed adhuc habet reliquias aliquas hesterne crapule: quarum nitrositas aqua mitigatur et stomachus ab his per aquam abluitur: et repressis vaporibus et fumis preparatur stomachus ad receptionem noui nutrientis. Secundo inconueniens est in homine exercitato forti exercitio: et similiter statim post coitum. nam tunc pori corporis sunt multum apti. quare penetrat aqua in profunda membrorum mordificans calorem innatum. qui post coitum etiam debilitatus est. Tertio inconueniens est post balneationem maxime cum sit hec balneatio ventre vacuo. tunc enim vie sunt vehementer aperte: quare ledens penetrat aqua vt dictum est. De isto potu aque dicit Auicenna in. iii. fum. ii. c. vlti. Ex potu illius in ieiunio et post balneum et post coitum timetur corruptio complexionis et ydropisis. Quarto inconueniens est bibere aquam frigidam causa obediendi siti nocturne mendose: que accidit incrapulatis et ebriis. nam per potum aque frigidi(?) prohibentur resolutio et digestio humoris salsi vel fortis vini. vel alterius acuti facientis sitim: et sic cito post potum reuertitur sitis ita fortis vt ante. Sed si vehemens affuerit sitis nimium vexans et inquietans nec sufficiat aeris inspirati frigiditas: nec ablutio oris cum aqua frigida: bibat sitibundus aquam frigidam cum uase stricti orificii. siue gracilis rostri quatenus aqua prolixius detur super orificium stomachi ut fortius sitim mitiget: et de ea minus sumatur ne digerendorum digestionem penitus impediat. Quinto generaliter malum est sanis bibere multam aquam frigidam: quia extinguit calorem innatum: et pectus offendit et stomachi appetitum deiicit. et membris omnibus neruosis obest. Uerum est tamen quod aqua temperate frigida aliquando per accidens appetitum excitat et stomachum fortem efficit coadunando ipsum et strigendo uillos eius.

Sunt nutritiue multum. carnes uituline. In hoc passu auic. laudat carnes uitulinas dicens quod carnes uituline multum sunt nutritiue. Et istud innuit Aui. in .i. ca. de regimine eius quod comeditur. ubi uult quod cibus sanitatis conseruatiuus debet esse

talesꝭ quales sunt carnes: qꝛ sunt similis nature priuſ apte fieri sanguiſ: ꝛ maxime carnes edorum ꝛ vitulorum paruorum lactantium ꝛ agnorū annaliū. Et istas carnes vitulinas sūme laudat Ga. iii. alimē. vbi vult quod carnes vituli lactātis sex ebdomadaꝝ uel octo assate saniores sūt multo nimis: facilis. n. digestōis ꝛ multū nutritiue sūt. Et de istis carnibus vitulis ē pus dictū ē.

In hoc passu ponuntur carnes eligibiliores pro nutrimento nature humane aialiū uolatilium. ꝛ enumerantur. xiiii. aues quarum carnes bone sūt pro nutrimēto hominis.

Sūt bona gallia ꝛ capo turtur sturna colūba
Quistula uel merula phasianus ethigōeta.
Perdix frigellus orix tremulus amarellus

prima auis est gallina: cuius esus siue comestio nature hūane cōueniens ē. Haly enim Auenzoar Auer. et me. vt dicit Consi. p̄ ceteris laudant pullorum carnes ꝛ maxime que nondum peperit ꝛ galli qui nondum calcauit. Sunt enim facilis conuersionis in sanguinem ꝛ superfluitatum paucarum: proprietatem mirabilem habentes in temperando complexionem ꝛ humores cuius brodium optima leprosis est medicina. Et de carne gallinarum dicit Aui. ii. can. c. de gallinis ꝛ gallo: ꝙ caro gallinarum que sunt pulle intellectu augmentum efficit: clarificat vocem ꝛ augmentat sperma. Et melior gallina secundum eum ibi est: que nondum parit oua: secunda auis est capo siue gallus castratus: cuius carnes ponit Con. dīā. lxviii. iter laudabiliores carnes. Et carnes istas ꝛ similiter priores digerit stomacus a proprietate. Tertia auis est turtur que etiam est boni nutrimenti ꝛ bonum generans humoreꝫ cuius carnem Aui. ii. can. c. de carne: summe laudat dicens. Uolucris q̄dem caro melior non est quam alduragi. i. turturis ꝛ gallinarum ꝛ subtilior earum ꝛ non sunt cum nutrimento carnium alcubegi. i. per dicuꝫ rē: quarta auis secundum aliquos est sturnus: ꝛ ista auis debet comedi in iuuentute: ꝛ est auis nota teutunice cyn spree. secundum alios est starna: quam Rasi. iii. almā. p̄ ceteris volatilibus laudat dicens: starne caro omni carne auium leuior inuenitur atqꝫ his qui subtili volunt custodiri regimine conuenientior. Et potest per starnam intelligi auis magna velut anser grisea cinerea: cuius caro laudabilis est maxime cum iuuenis fuerit: ꝛ isto modo intelligit Ali. preferens istam carnem alis Uel potest per starnam intelligi maneries perdicis parue quam moyses videtur intelligere iudeis inquiens: similiter starne non videntur pro domino nostro: quia ventrem constringunt. Et istam proprietatem alii attribuunt perdicibus carnes enim ipsarum ventrem constringunt

teste. Ra.iii.alman. Quinta auis est columba: que est auis nota cuius caro est colerica. Et de columbis dicit Ra. loco preallegato. Columbe vementis sunt caliditatis que sanguinem inflāmatum generant ꝛ cito febricitare faciunt. Et ergo aptius columbe comedi debent in pastillis cū vuis acerbis ꝙ assari. Per vuas enim acerbas aufertur caliditas quā sanguini inducunt. Et electiores columbe pro esu sunt columbe iuuenes volare potentes: qꝛ tales sunt leuioris digestiōis ꝛ melioris humoris. Pulli enim nō volare potentes caliditatem ꝛ humiditatem habent superfluas quare grossos generant humores. vt vult Aui.ii.can. c. de columbis. Antiq̄ vero columbe ꝛ earum caro pp caliditatem nimiam ꝛ siccitatem ꝛ digestionis difficultatem sunt euitande. Et similiter etiam turtures antiq̄. Sexta auis est quistula que ab aliquibus nominatur coturnix: qꝛ quistula ē nomen onomatopeion. s. fictum a suo sono Et caro ista secundum aliquos est subtilis substantie: ꝛ bonum generans humorem ꝛ multum competit sanis conualescentibus. Secundū ysaac tamen conturnices ceteris volatilibus sunt peiores nec nutrimento: nec digestioni laudabiles: quia ex comestione carnis earuꝫ timetur spasmus ꝛ tethanus: prout etiam vult Auicenna. ii. can. ca. de eis. subiungens rationem scilicet: quia in substantia carnium earum est virtus faciendi huiusmodi accidentia narrata. ꝛ sic non proueniunt illa accidentia ex eo solo quia coturnices comedunt elleborum. Et hinc est ꝙ gallici comedūt coturnices cum molli ꝛ pingui caseo: ꝛ inde faciunt pastilla. Potest tamen per coturnicem intelli alia auis a predicta. perdice maior. eiusdem fere coloris cum rubeis pedibus ꝛ rostro saporis delectabilis. dicta coturnis ytalica lingua. Et isto modo Rasis.iii. almansoris accipit coturnicem quando prefert carnes eius post carnes starne aliorum volatilium carnibus. Septima auis est merula. que est eiusdem quantitatis cū sturno: sed est ad nigredinem tendens. ꝛ habens rostrum subrubeum. ꝛ similiter debet comedi iuuenis. Octaua auis est phasianus. idest gallus siluestris. que ab omnibus medicis enumeratur inter aues laudabilis carnis. Caro enim talis auis nature humane est conuenientissima. ꝛ ē cibus principum ꝛ magnatum. Consiliator enim loco preelleg. dicit. siluestrium vero laudabiliores sunt phasiani ad sanitatem ꝛ ad robur. Et fortassis etiam vniuersaliter domestici cum gallinis propinquissimi et eiusdem fere speciei sintq; illis sicciores aeris ꝛ alimenti ac exercitii amplioris. Nona auis est ethigoneta. que est auis parua ad modum perdicis. sed longum rostrum habens. cuius caro est optima.

Decima est perdix cuius caro secũdum Aui.ii.can.c.de cubegi est de subtitioribus carnibus impinguans: quia multum nutrit: cor abstergẽs ydropisi et stomacho conferens et augmentum in coitu faciens: verum est tamen ꝙ stringit ventrem. Et istam carnem galie.iii.alimẽ.c.x. Et octauo de ingenio.c.ii.prefert omnibus aliis volatilium carnibus. Et dicitur de ista carne ꝙ si assidue comedatur maxime confert memorie. Undecima ẽ frigellus: et ẽ auis comedẽs racemos: velociter volãs: similis sturno: sed melioris nutrimenti quam sturnus: et multe tales inueniuntur vbi sunt vinee: et inebriantur ex esu racemorum: et melior est caro earum circa festum omnium sanctorum. Duodecima est orix. Et ẽ secundum aliquos gallina siluestris siue gallina phasiani. Uel secũdũ alios est gallina aquatica.i.natans in aqua: et siue sit fẽia fasiani siue gallina aquatica: eius caro est boni nutrimenti. Decima tertia est tremulꝰ et est auis cõiter stans prope mare minor quam gallina: sed est auis fusca alte clamans et velocissime volat: et quando ambulat super terram cauda eius semper tremit: et ideo dicitur tremulus: et habꝫ super caput eius longas plumas. Et non est parua auis: longam habens caudam. que a medicis vocatur cauda tremula: Ultima auis est amarellus: et ẽt est auis similiter existens in aquis: similis anete: sed ea minor. Et generaliter loquendo inter aues comestibiles plus laudantur ille que volatu velociores sunt. Et sicut carnes predictarum auium sunt laudabilis nutrimenti: et facilis digestionis: ita ẽt repiuntur carnes aliquarum auium illaudabilis nutrimenti: difficilis digestionis: et inequalis complexionis. sicut sunt carnes anserum et pauonum et malardorum: et vniuersaliter auium habentium collum longum et rostrum longum degentiũ in aquis: et carnes passerum que sunt calidissime: et a tẽperamento lõgissime: et multum excitantes coitum. Circa electionem vero carnis volatilium sciendum est: ꝙ secundum diuersas laudabilioris nutrimẽti proprietates ac eius quod nutritur sanitatis vel roboris intentionem: carnes laudantur varie: Unde galie. respiciẽs facilez alterationem et subtilitatem in carnibus perdicum prefert easdem. Ra. vero cum ysaac respiciens subtilitatem starne ac leuitatem ipsam ceteris pretulit. Isaac etiam secundum diuersas intentiones carnes volatilium laudauit diuersas. Aui. vero laudauit carnes turturum pre ceteris: vel quia respexit ad proprietatem qua roborant et confortant intellectum: vel quia in terris eius est ipsarum tanta bonitas que non est in aliis terris: sciendum est insuper ꝙ carnes volatilium plus cõueniunt quam carnes quadrupedum his qui relicto exercitio corporali vacant consiliis studiis et con

templationibus: quia digeruntur facilius aliis: iuxtã illud gali. iii. alimen. Digestibilior est tamen hec caro volatilium animalium ꝛ maxime perdicium: ꝛ generant sanguinem clarum: mundum: spumosũ: mẽtis exercitus ꝛ eleuationi intellectis aptum.

Si pisces molles sũt: magno corpe tolle
Si pisces duri: parui sunt plus valituri

Hic ponuntur duo accidentia ex quorum noticia attenditur electio piscium. Unde pisces aut sunt duri aut molles. si molles sunt tunc seniores sunt eligibiliores. Cuius causa est ista: quia mollicies prouenit ex humiditate que in iuuene pisces indigesta ẽ: ꝛ i sene plus digesta: ꝛ sic in iuuẽtute tales pisces sunt generatiui fleumatum: sed senes minus ꝛ sic patet ꝙ angwilla senior sanior ẽ iuuene: secundũ quosdã si vero tales pisces sũt duri: tunc iuuenes sunt saniores. i. digestibiliores: cuiusmodi sunt lucii ꝛ pce: duricies enim in quantũ huius resistit digestioni: ꝛ istã sententiã ponit aui. ii. can. c. de piscibus dicens Et eligitur quidẽ ex piscibus duram carnem habentibꝰ ille qui est minor: ꝛ ex habentibus mollem carnem ille qui est maior ad terminum aliquem.

Lucius et parca saxaulis ꝛ albica tenca.
Sornus plagicia cũ carpa galbio truca.

Hic tãgũtur decem pisces eligibiles pro nutrimento nature humane: quorum primus est lucius: qui ẽ piscis notus: ꝛ dicitur esse tyrannus piscium: qꝛ non solum deuorat pisces alterius speciei: sed etiam eiusdẽ speciei cũ eo: vnde versus. Lucius est piscis rex ꝛ tyrannus aquarũ. aquo non differt lucius iste parum. Est etiam piscis dure carnis ꝛ natatu velox: secũdus est parca: a parco parcis: erc: dicta per contrarium: quia nulli pisci parcit: immo irata vulnerat alios pisces suis squamis quas habet supra dorsum: nec eam audet euadere lucius: immo vt narrat albertus de naturis animalium: est naturalis amicitia parce ꝛ lucii: Lucius enim lesus ab alio difficulter sanatur: sed lesus querit parcam que videns cũ lesum tangit ꝛ lenit vulnus lucii: sic lucius sanatur: ꝛ est parca similiter piscis dure carnis notus: teutonice cynbaers. Tertius piscis est saxaulis vel saxaulus piscis marinus: apud gallicos dictus sola. alii dicunt quod est piscis teutonice eyn tunghe: ꝛ est piscis multum sanus inter pisces marinos. Quartus ẽ albica: teutonice ꝛvitinc: ꝛ ẽ piscis marinus Quintus ẽ tenca que est dulcis piscis aque notus: pellem habẽs lubri

ream atq3 uiscosam ad nigredinem tendens: sed eius caro est dura. un-
de abistis tribus piscibus qui sunt lucius pca ꝛ tenca post eorum coctio
nem aufertur pellis. Et dicitur iste piscis. teutonice eyn tinche Sex-
tus est sornus: ꝛ est piscis minimus marinus albus ad quantititatem
medie ptis medii digiti quo ad longitudinem. qui comeditur cum ca-
pite ꝛ spinis. ꝛ dicitur teutonice eyn gaernaert. Septimus est plagicia
ꝛ est piscis marinus notus. latus. habens i una parte sue pellis maculas
rubeas. ꝛ pellis est tota alba curuum os habens. teutōice eyn blatys scol
Octauus est carpa que est piscis dulcis aque notus. multum tamen de
se est uiscosus. sed a magnatibus decoquitur in vino: ꝛ sic ab eo tollitur
eius viscositas: Nonus galbio: ꝛ est piscis marinus notus a quibusda3
dictus rogetus: teutonice eyn rotbarth: ꝛ est piscis dure carnis ꝛ sanus.
Alii textus habent gouio: ꝛ est piscis paruus dulcis aque ad longitudi
nem vnius digiti longi: ꝛ est rotundus ꝛ suauissimus: gallice gouion.
Ultimus est truta que est in carne similis salmoni. nec tamen est salmo
ꝛ est longus ꝛ non grossus. Et capitur in magnis fluuiis ꝛ permittit se
fricare in aqua: ꝛ sic capitur: ꝛ ex eo fiunt pastilla cum spēbus: ꝛ est piscis
valde preciosus: gallice trutes. Circa electionem vero piscium sciendū
est primo ꝙ pisces respectu carnium: ceteris paribus: minoris sunt nu-
trimenti: ꝛ facilis digestionis ꝛ nutrimentum eorum est plurium super
fluitatum: ꝛ fleumaticum ꝛ frigidum ꝛ humidum: ꝛ minus mansiuum:
ꝛ sunt ad digerendum duri ꝛ longam faciunt moram in stomacho. Et
quia i eorum digestione laborat stomachus: ꝛ interdum corrumpuntur
in stomacho ꝛ qualitatem quandam suscipiūt putredinalem: sitim ge-
nerant. Et vt sit ad vnum dicere: carnium laudabilium nutrimentum
melius est nutrimento piscium. Secundo sciendum est ꝙ pisces mari-
ni sunt meliores i regimine sanitatis ceteris paribus: piscibus aque dul
cis: eorum enim nutrimentum est minus superfluum ꝛ nature carnium
magis propinquum. Sed quia ceteris paribus: pisces marini sunt duri
oris carnis piscibus aque dulcis: iō sūt difficilioris digestionis ꝛ resolu
tionis ꝛ pluris nutrimenti ꝛ purioris. Uerum est tamen ꝙ in egris ma-
gis conferunt pisces aque dulcis: propter debilitatem digestiue eorum
Tertio sciendum ꝙ in piscibus tam marinis quam aque dulcis eligen-
di sūnt quorum caro est alba non uiscosa: sed frāgil non multum gros-
sa: sed subtilis: non grauis odoris: sed suauis: nec cito putrefactionis:
sed sufficientis durationis. non mali coloris sed boni: ꝛ quorum habita
tio non est in lacubus stagnis nec in locis sordidis: nec in aquis haben-

tibus malas herbas Et eligendi ſunt non valde iuueneſ nec valde ma
gni: ⁊ qui ſunt velocis motuſ ⁊ pauce viſcoſitatiſ. Et ſi ſint piſces mari
ni eligendi ſunt qui capti fuerunt in fluminibus multum diſtantibus a
mari ⁊ hoc ceteris conditionibus bonis ſuppoſitis. Item ſuppoſitis
predictis conditionibus quanto piſces ſunt ſquamoſiores : tanto ſunt
meliores. Et ſimiliter ītelligitur de ſpinis: quia ſpine multe ⁊ ſqua-
me ſeruant puritatem ſubſtantie piſcis. Item inter piſces marinos me-
liores ⁊ puriores ſunt qui capti ⁊ nutriti ſunt in mari profundiori ⁊ ma-
gis agitato: ad quod eſt curſus plurium fluuiorum. Et ergo capti in
mari ſeptemtrionali quod magis eſt agitatum ⁊ magis tempeſtuoſum
⁊ velocioriſ fluxuſ ⁊ influxus meliores ſunt captis in mari mortuo vel
meridionali. Et ſimiliter intelligendum eſt de piſcibus dulcis aque nā
ceteris paribus quanto aqua eſt profundior ⁊ mobilior tanto piſcis ī ea
nutritus eſt melior. Et de his ſufficienter eligi poteſt qui piſces ſunt
vituperabiles ⁊ qui laudabileſ: ſunt : piſceſ enim beſtialeſ ſicut porcus
carniſ marinus: delphin. morua. nō multū cōpetūt in ſanitatiſ regimi-
ne. Sunt enim difficiliſ digeſtioniſ ⁊ groſſi humoriſ ⁊ multe ſuperflui
tatiſ: nec in carnibuſ predictorum piſcium apparent conditioneſ ſuperi
uſ numerate: puta: albedo ſubtilitaſ ⁊c. Et ſi hoſ piſceſ ⁊ conſimileſ co
medi contingat non ſtatim ſunt coquendi ⁊ comedendi poſtquā capti
ſunt: ſed obſeruandi ſunt per aliquoſ dieſ quouſqꝫ eorum carneſ mol-
leſcant ⁊ tremiſcant ſine ſubſtantie corruptione. Et etiam predicti pi
ſceſ melioreſ ſunt ſemiſalſi quam recenteſ aut perfecte ſalſi. Inter ali-
os autem piſceſ marinoſ conſideratiſ conditionibus ſupradictis lauda
biliores videntur rogetus ⁊ gornatus ſiue gornus. Nam eorum caro ⁊
ſubſtantia eſt puriſſima. Et poſt hoc plagicia ⁊ ſola. ſed horum caro ē
magis viſcoſa ⁊ nimis frangibilis ⁊ minuſ alba ⁊ magiſ groſſa ⁊ minus
ſubtilis: nec horum ſapor aut odor ē ita delectabilis: ⁊ forte piſcis mer-
lengendus eſt laudabilior poſt rogetum. Non eſt enim tante groſſiciei
⁊ viſcoſitatis ſicut plagicia ⁊ ſola: ⁊ eius ſubſtantia eſt ſatis frangibilis
ſed conſideratis ſapore ⁊ odore cum colore ⁊ ſubſtantie puritate ⁊ mol-
litate deficit in bonitate a rogeto ⁊ gornato : ⁊ ſimiliter intelligatur de
allece. Et morua iuuenis ſatis appropinquat predictis in bonitate con-
ſideratis predictis conditionibus: eſt tamen groſſior ⁊ viſcoſior predi
